30.927

PRESENTED TO THE

M149.39

Public Library of the City of Boston

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS

BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.

CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.

By Joshua Bates, Esq.

Received Sept 15. 1859. No.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/libritresdeinsti00aaro

# LIBRI TRES DE INSTITVTIONE HARMONICA EDITI A PETRO AARON FLORENTINO IN-TERPRETE IO. ANTO-NIO FLAM. FORO CORNELITE.

J. Bates
30927
Sept. 15, 1859.

# ❡ PETRVS AARON FLORENTINVS CLARISSIMO EQVITI HIERONY/MO SANCTO PETRO. S. D.

s Cio/te non ignorare Clariſſ. Eques Hieronyme. S.Petre/quantam Muſicæ operam impẽderim: quãtuſq; artis eximię cultor extiterim meq; ex eo non nihil famę eſſe adeptum:adeo quidem ut nõ deſint/qui me aliquid eſſe inter noſtri ſeculi muſi/cos arbitrentur. Fuit igitur mos ille mihi conſtans/atq; perpe/tuus excolere pro uirili parte artem aſſidue/& cupere propaga/ri maxime. Hinc factum eſt/ut ubicunq; hactenus fuerim/& li/benter/& fideliter illam docuerim. Teſtes quidem extant pene Innumerabiles/qui ꝙ me doctorem habuerint/glorientur/& ſe plurimum profeciſſe fateantur. Verum quemadmodum pul/chrum duco prodeſſe/quantum queas præſentis æui homini/bus/ita pulcherrimum ac omni laude proſequendum iudico ſi quis ita elaborauerit/& cauerit/ut bonum illud perpetuum/ac immortale fiat/& poſteris etiam proſit. Hæc me ratio/hoc deſy/derium impulit/ut pulcherrima & maxime neceſſaria totius ar/tis pręcepta colligerem:& in unum quaſi corpus membra cõge/rerem. Quanto autem ſtudio/ac diligentia id a me factum ſit tecum iudicent ii/quicunq; legerint. Qua quidem in re(fateor) magno mihi fuit adiumento Io. Antonius Flaminius Forocor/nelienſis/uir quidem hoc noſtro ſeculo(ut te ſcire non dubito) famæ non incelebris. Is.n.& arte dicendi/& ſermonis elegantia: quibus quantum polleat cernere poteris/ſic noſtros labores iu/uit/& ornauit/ut ſperẽ/omnibus/quicũq; legerint(modo liuor abſit)non utilem ſolum/ſed & iucundam admodum lectionem fore. Quod opus tam grandem materiam tribus complexum uoluminibus/qualecunq; ſit/tuo nuncupandum nomini duxi/mus. Quibus id cauſis(Nam multę ſunt atq; iuſtiſſimę)motus id fecerim/dicerem equidem/niſi & notiſſimæ omnibus forent: & illarum commemoratio potius ab adulatione proficiſci/q̃ ob officio uideri poſſet. Erant quippe alii multi & clariſſimi/& prin/

cipes uiri/quibus forte non ingratum eſſe id potuit/attamen/ut te unum ex omnibus delegerim/ac tibi præcipue dicandum putauerim/eximiæ/quæ in te effulgent/dotes/ac tua ingenia merita effecere. Quod tu quidem ita ſuſcipiendum arbitrabere/ut & tuo patrocinio in publicum egredi non reformidet/& ſit non apud te ſolum/& præſentis ſeculi homines/ſed etiam apud poſteros mei quidem in te amoris/ac ueteris obſeruantiæ præcipuum/ac perpetuum pignus/ac teſtimonium. Vale Ex Forocornelii.viii.Kl. Februarias. M D X V I.

# INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS.


| | | |
|---|---|---|
| ¶ De cantu plano. | Cap. | i. |
| ¶ Manus diuiſio in treis partes. Secũdum quoſdam etiam in quattuor. | Cap. | ii. |
| ¶ Alia manus diuiſio in treis partes. | Cap. | iii. |
| ¶ Poſitiones manus.xx. | Cap. | iiii. |
| ¶ Claues in manu dupliciter. | Cap. | v. |
| ¶ Vocem quamlibet per ſuam proprietatem cani debere. | Cap. | vi. |
| ¶ Per quas proprietates prædictæ uoces cani debeant. | Cap. | vii. |
| ¶ Deductiones ſeptem ex proprietatibus. | Cap. | viii. |
| ¶ Vt quomodo cani debeat. | Cap. | ix. |
| ¶ Mutationes manus. | Cap. | x. |
| ¶ B fa ♮ mi non pati mutationem. | Cap | xi. |
| ¶ Mutationẽ in b fa ♮ mi aliqua pacto inueniri. | Cap. | xii. |
| ¶ Qũo mutatiões ĩ cãtilenis planis faciẽde ſint. | Cap. | xiii. |
| ¶ Mutatiões aſcẽdẽtes nõ eſſe ſemp aſcẽdẽtes. | Cap. | xiiii. |
| ¶ B molle neceſſario eſſe inuentum: atq; obeſſe accidentale. | Cap. | xv. |
| ¶ De tono. | Cap. | xvi. |
| ¶ De ſemitonio. | Cap. | xvii. |
| ¶ De ſemiditono. | Cap. | xviii. |

¶ De ditono. Cap. xix.
¶ De tritono. Cap. xx.
¶ De diateſſaron. Cap. xxi.
¶ De diapente. Cap. xxii.
¶ De hexachordo. Cap. xxiii.
¶ De heptachordo. Cap. xxiiii.
¶ De diapaſon. Cap. xxv.
¶ De tonis quattuor antiquis. Cap. xxvi.
¶ De tono perfecto/ imp̄fecto/ & pluſq̃ p̄fecto. Cap. xxvii.
¶ De tono mixto/ & commixto. Cap. xxviii.
¶ De chorda tonorum. Cap. xxix.
¶ De modulatione ſine tono. Cap. xxx.
¶ De diapente coniuncto & diſiuncto. Cap. xxxi.
¶ De terminatione troporum irregularium. Cap. xxxii.
¶ De principio medio ac fine tonorum. Cap. xxxiii.
¶ De principiis tonorum/ & ſeculoꝝ differẽtiis. Cap. xxxiiii.
¶ Quid ſit mentio ſeculorum toties facta. Cap. xxxv.

## SECVNDI LIBRI CAPITA

¶ De contrapuncto. Cap. i.
¶ Muſicum/ & cantorem ualde differre. Cap. ii.
¶ De mutationibus cantilenarum mẽſurabiliũ. Cap. iii.
¶ De mutationibus quattuor ordinariis in locis b mollis. Cap. iiii.
¶ De reliquis duobus b mollis locis. Cap.
¶ De mutationibus tenoris. Cap. v.
¶ De mutationibus in locis tenoris per b molle cantati. Cap. vi.
¶ De mutationibus baſſi. Cap. vii.
¶ De mutationibus ſub ſigno b mollis in parti/bus grauibus faciendis. Cap. viii.
¶ De tribus modulandi generibus Diatonico Enormatico/ atq; Chromatico. Cap. ix.
¶ De modo duplici. Cap. x.
¶ De modo minori. Cap. xi.
¶ De tempore. Cap. xii.

¶ De prolatione. Cap. xiii.
¶ Quo maximæ, ac longæ modus applicetur. Cap. xiiii.
¶ Quod sunt duo modi neceſſarii, non arbitrarii. Cap. xv.
¶ Quomodo prolatio ſemibreui aſſignetur. Cap. xvi.
¶ Quomodo ſine indice perfectum tempus, ac prolatio cognoſci queat. Cap. xvii.
¶ De triplici breuium, ac ſemibreuiū differētia. Cap. xviii.
¶ Quomodo notarum quantitas minuatur. Cap. xix.
¶ De perfectis notis, & imperfectis. Cap. xx
¶ De tribus modis, quibus notarum perfectio cognoſcitur. Cap. xxi.
¶ De tribus modis quibus notarum imperfectio cognoſcitur. Cap. xxii.
¶ Quot modis, & quomodo maxima & longa perfectæ fiant, & imperfectæ. Cap. xxiii.
¶ Quomodo maxima reddatur imperfecta. Cap. xxiiii.
¶ Quod a duabus breuibus maxima non poſſit imperfecta reddi. Cap. xxv.
¶ Quomodo longa reddatur imperfecta. Cap. xxvi.
¶ Longam tribus modis perfectam cognoſci. Cap. xxvii.
¶ De punctis cantilenarum ordinariis, ac primum de puncto perfectionis Cap. xxviii.
¶ De puncto diuiſionis. Cap. xxix.
¶ De puncto augmentationis. Cap. xxx.
¶ De pauſis numerabilibus. Cap. xxxi.
¶ Quomodo index contra indicē cani debeat. Cap. xxxii.
¶ De toni diuiſione pulcherrima cognitu. Cap. xxxiii.

## TERTII LIBRI CAPITA

¶ De contrapuncto, & eius generibus. Cap. i.
¶ De diuiſione conſonantiarum. Cap. ii.
¶ De conſonantiis perfectis, & imperfectis. Cap. iii.
¶ De diſſonantiis. Cap. iiii.
¶ De conſonantiis compoſitis. Cap. v.
¶ De conſonantiis replicatis. Cap. vi.
¶ De modo componendi præfatio. Cap. vii.

¶ De quattuor modulationis partibus. Cap. viii.
¶ Vſque ad quem numerum partium cantile-
na componi & quomodo poſſit. Cap. ix.
¶ Vnde ẽt ſm ueteres inchoãda ſit modulatio. Cap. x.
¶ Q uõ inchoãda ſit modulatio, & terminãda. Cap. xi.
¶ De ordinãdis in cõtrapũcto conſonantiis. Cap. xii.
¶ Q uomodo ſm præcepta ueterum ordinan-
dæ ſint conſonantiæ. Cap. xiii.
Q uomodo perfecte conſonantiæ diuerſi gene-
ris ſibi inuicem ſuccedant. Cap. xiiii.
¶ Mi contra fa cur uitari debeat. Cap. xv.
¶ Probatio quintæ imperfec æ, & octauæ per
Monochordum. Cap. xvi.
¶ Q uomodo partes modulationis inter ſe ordi
nandæ ſint, ac primum de cantu & tenore. Cap. xvii.
¶ De baſſo. Cap. xviii.
¶ De alto ubi ſit locandus. Cap. xix.
¶ De alio cantus loco, & reliquarum partium. Cap. xx.
¶ De baſſo iterum cum tenore. Cap. xxi.
¶ De baſſo rurſum cum tenore. Cap. xxii.
¶ De baſſo etiam ſi tenor in octaua cum cantu. Cap. xxiii.
¶ De locis ordinariis, in quibus modulatio po-
teſt inchoari. Cap. xxiiii.
¶ De dieſi. Cap. xxv.
¶ Quomodo plures tertiæ, pluresq́ ſextæ alia
poſt aliam locari poſſint. Cap. xxvi.
¶ Q uomodo plures ſextæ componi queant. Cap. xxvii.
¶ De ordinatione ſextæ tenoris cum cantu. Cap. xxviii.
¶ De ſecunda tertia tenoris cum cantu. Cap. xxix.
¶ De ordinatione tertię Tertię tenoris cũ cãtu. Cap. xxx.
¶ Q uõ tertiis iiſdem in deſcenſu ſit utendum. Cap. xxxi.
¶ Q uid faciẽdũ, ubi tenor in octaua cum cãtu. Cap. xxxii.
¶ De alia ſtructura cantilenæ. Cap. xxxiii.
¶ De modo componendi faciliore. Cap. xxxiiii.
¶ De indicibus cantilenarum, & cadentiis. Cap. xxxv.
¶ Cadentiarum genera duo. Cap. xxxvi.

¶ De cadentiis ſimplicibus. Cap. xxxvii.
¶ Quomodo ſint ordinãdæ duplicatę cadẽtiæ. Cap. xxxviii
¶ De locis cadentiaꝝ ordinariis/ac illaꝝ.ſuſ. Cap. xxxviiii
¶ De duobus ſuſpenſionum modis. Cap. xl.
¶ Quando ſuſpendendæ non ſunt cadentiæ. Cap. xli.
¶ De duobus locis cadentiarum tenoris. Cap. xlii.
¶ De ſecundo loco per diateſſaron. Cap. xliii.
¶ De ligaminum differentia per ♮ quadrum:ac rotundum compoſitorum. Cap. xliiii.
¶ De progreſſu eiuſdem ligaminis per b mol. Cap. xlv.
¶ De modo & compoſitione uocum quæ mutatæ dicuntur. Cap. xlvi.
¶ De cadentiis per uniſonum faciendis. Cap. xlvii.
¶ De ſocietate/ & compoſitione iuxta præceptum antedictum. Cap. xlviii.
¶ De terminatione / & compoſitione tertii / & quarti toni. Cap. xlix.
¶ Quod etiam non conceditur/antedictam cãtilenam per uniſonum terminari. Cap. l.
¶ Cautio aduerſus uitia ſupra monſtrata. Cap. li.
¶ De uaria cantilenę compoſitione/quæ per fugam uulgo dicitur. Cap. lii.
¶ De proportionibus. Cap. liii.
¶ De generibus quinꝗ proportionum. Cap. liiii.
¶ Multiplex genus. Cap. lv.
¶ Super particulare genus. Cap. lvi.
¶ Super patiens genus. Cap. lvii.
¶ Multiplex ſuper particulare. Cap. lviii.
¶ Multiplex ſuper patiens. Cap. lix.
¶ De ligaturis. Cap. lx.
¶ De maximis/& longis ſimul ligatis. Cap. lxi.
¶ De ligaturis longarum/& breuium. Cap. lxii.

Finis Tabule

## IO. ANTONIVS FLAMINIVS FOROCORNELIENSIS PETRO AARON FLORENTINO SVO. S. D.

f

VIT mihi tecum Petre Aaron uetus/ & conſtans beniuolentia/ familiaritas & conſuetudo/ tanta ut nullo cum homine coniunctus uixerim. Fecit hoc quidem ſingularis erga me tuus amor/ ingenii ſua uitas/ & eximia uirtus/ quę tibi iamdiu locum inter claros noſtri ſeculi homines celebrem dedit/ ut ego nō paꝝ ami/citia/ & familiaritate tua me aſſecutum putem. Fuit ſermo inter nos ſæpius non inſuauis/ neq; ieiunus de litteris/ deq; litteratis huiuſce temporis hominibus: inter quos tu amice quidē ſcio/ an ſatis uere neſcio/ me numerandum putas/ & tuo iudicio/ & uiro/rum excellentis doctrinæ teſtimoniis/ que te non latent/ in eam oppinionem adduceris. In quem ſermonem cum proximis die/bus incidiſſemus (eramus tum forte domi meę) ac tibi oſtendiſ/ſem poeticos noſtros libellos/ quos Bononiæ nuper impreſſos (uti noſti) edidimus/ laudis/ & famæ (ſicut uidere potui) dulce/dine tactus mihi quidem gratulatus plurimum/ & nō paucis uer/bis gaudium/ quod tu ex ea re caperes/ egregie teſtatus es. Reti/cuiſti poſtmodum/ & uultu in terram defixo aliq̃diu cogitabū/do ſimilis fuiſti. Feci ego ſtatim coniecturam/ quid in animo uol/ueres/ ac ſubridens/ Age inquam mi Petre/ quid te ſic triſtem ex gaudio/ & tam ſuſpenſum repente uideo? Reſpondes/ Felicem te Flamini: qui adhuc uiuens partam tibi nominis imortalitatē uides/ & per hora hominum uolitas. Tunc ego/ Non ne & tu ea iam paraſti monumenta/ propter quę tua fama/ quę te etiam ui/uo celebris eſt/ poſteris commendetur? Legi ego egregium illud opus tuū/ quod de arte muſica ſcripſiſti/ pulcherrimum quidē/ ac utiliſſimum/ tantęq; expectationis/ ut omnes iamdiu illud effla/gitent. Tu tamen cunctabundus/ ac hæſitanti ſimilis pulſatum diu limen egredi non ſinis/ ac hominum uota moraris. Scio/ in quis eſſe q̃ plurimos/ qui dillatam editionem meam miretur/ ac moleſte ferant. Sed morę diuturnioris duæ fuerunt cauſæ/ qua

tum altera eſt/ꝙ horatiãi p̄cepti memor ſupprímēda diutius ſcri pta/nec temere uulgãda putaui. Altera ꝙ me qdã pudor ĩpediit ꝙ eos libellos forte ñ inſulſos/ neqꝫ cõtéptibiles pp illuſtrē mãm quã cõplexi ſi/latino ꝑmõe ñ ſi mediturus. Scio.n.quãtũ illis ob hãc rē abſit/& quãtã illi⁹ autoritatē/põdus/ & grãꝫ latina oratio potuerit addere. Tũc ego ñ ne iquã latinos facē poteras? Poterã inqs/ſed neqꝫ mihi plene/neqꝫ tui ſimilibus facturus erã ſatis/ Fateor.n.igenue nõ eē mihi eã dicēdi facultatē/ac ſermõis elegãtiã latini/quã tã grãdis mã poſcēt/& ob id qdē cõmuni poti⁹ & uernaculo ꝑmõe ſcribēdos arbitratus ſũ/& hac una re tãdē mihi diſplicēt/neqꝫ alia de cauſa editionē differo. Tũc ego apphēſa manu tua qd mi Aarõ/qd iquã/ſi paucis dieb⁹ latini fiãt? Paucis diebus inqs/latini fiãt? & cui⁹ opa? aut qs tã breui laborē tãtũ ſuſcipiat? & onus tã graue ſubeat? Flamini⁹ inquã tuus. Frõtē cõtraxiſti/ac īter lęticiã/& admirationē mirabũd⁹ iocaris/ne inqs Flamini/an ſerio dicis? At ſerio iquã/& ſic qdē/ut nulli ſtudiũ meũ ac opã libēti⁹ unq̃ p̄ſtiteri. Gaudiũ tibi uehemēs cõtinuo uocē p̄cluſit/nec loq ſtati potuiſti ſꝫ me cõplexus ac exoſculatus poſt breuē morã: Felicē me inqs/ac tũ demũ uoti cõpotē/ſi opã mihi iſtã inſpatã qdē/ſꝫ adeo mihi d̄ſyderabilē/ ac ĩ ſup̄mis ponēdã uotis Flaminius me⁹ mihi p̄ſtiterit. Iteꝝ me recipio p̄ſtituꝝ & ubi uelis aggreſſuꝝ. Aderat tũ forte Phileros me⁹ Achilles Bocchi⁹ iuuenis cãdidiſſimus/& gręce/latineqꝫ doctiſſimus utriuſqꝫ nr̄ꝫ famiIiariſ q Fauētiã poſtridie ꝓfectur⁹ ad Flaminiũ ſuũ ueterē hoſpitē diuerterat. Aderat Leãder Albert⁹ Bonoñ.& ipſe neceſſari⁹ nr̄/uir qdē(Nec me decipit amor)iter ſectę p̄dicatoriæ uiros lr̄is/ac moꝝ ſãctitate mõſtrabilis. Aderat & filius me⁹ iunior Flaminius adoleſcēs(parci⁹ ut de eo loquar pr̄na iubet uerecũdia)certe nõ illr̄atus/& alii ꝯpluſculi & cãdidi/& docti uiri/q te ſimul amãt/& ob ſacerdotiũ/ac uirtutē colũt/qꝙ libēter me ꝯuiſũt. Suſtulerũt oēs ĩ cœlũ man⁹/ Nec mihi qdē uiſi ſi lætari minus(uide quo cãdore animi/ q̃ te beniuolētia ꝑſequunť)q̃ ſi res ſinguloꝝ agereť & ad me cõuerſi oēs ꝓ te rogare cœpunt/ne fruſtra ſpē tãtã atqꝫ lætitiã ſimul tibi cõcitaſſem. Tũc ego/qñqdē uideo/quãto meã hãc opam uſui fore iudicetis/ac ſua tãtum referre noſter Aaron autumat/ut illam pręſtem faciam quidem/quod ſum pollicitus

q̃dq; illũ maxime/ac uos ſimul uelle intelligo. Egiſti tu qdẽ mihi grãs certe tãtas quãtę abſoluto iã ope multomin⁹ tibi q̃ ego ſũ cõiũcto ſufficere potuiſſent. Et quãq̃ uidebã/ quãtũ negociũ ſu/ ſcipere tũ ob rei magnitudinẽ/tũ ꝙ mihi & publice/ & priuati(ut noſti)occupatiſſimo uix qdẽ reſpirãdi locus eſt/iuſſi tñ/ ut bono aĩo eſſes me daturũ enixe operam/ ne & ego promiſiſſe/ & tu ope rãm a me hanc fruſtra ſperaſſe uiderere. Vbi finem his fecimus conuerſus ad me Phileros meus Flamini/inquit/ uideo te rem grandem/ſed nequaq̃ ſupra uires tuas aggredi/& præclarum Petri noſtri opus diuinum labore tuo futurum/& utriq; gratu/ lor/quos non ſolum præſens ętas/ſed & poſteri oẽs magna cum laude ſint celebraturi/ qui non minus ueſtra/q̃ mea gloria lętor. Sed rogo te quando inſigni muſico opam iſtã præſtiturus es/pri uſq̃ hinc abeamus aliqua de laudibus Muſices dicere ne graue/ ris/ nõ mea qdẽ/uel Leãdri/uel iunioris Flaminii cauſa/hi.n.me cũ iãdiu Muſicæ claritatẽ/& excellẽtiã magna ex parte nouerũt ſed alioꝝ gratia/ſiq adſunt/q minus illã/quãti ſit faciẽda noue/ rint/ Creſcit.n.rei ꝑcium/quã diligẽs aliqua ꝑfatio cõmẽdauerit. Tũc oẽs intẽtis in me oculis/ & ſignis nõ dubiis/quãtope id cu/ perẽt ſignificãtes ad audiẽdũ iã ſe parabãt:cũ ſic ego reſpõdi. Vi deo/quãta de re mihi ex tꝑore ſit ſermo habendus/& quanta ſit oĩum ueſtri expectatio/& me inſup anguſtia tẽporis ꝑmit/eſt.n. (uti uidetis)hora iã ſerior/ ut ſi cætera nõ abſint/tꝑs tñ narranti ſit defuturũ/ ut facile intelligã/nõ poſſe me pro rei dignitate/ac magnitudine/ & pro ueſtra ſimul expectatione ſermonẽ extẽde re/ & erat hoc Petri qdẽ munus. Sed qñ is quoq; uobiſcũ idẽ uel le ſignificauit/nõ quãtũ res ipſa/& cõſeſſus iſte poſceret/ ſꝫ quã tũ anguſtia tꝑis ſinet & memoria ſuppeditare poterit/dicã. Scio eſſe q̃ plurimos ex uulgo impitoꝝ/q tarditate ingenii/& craſſitu dine quadã torpentes nihil altum non modo aggrediantur/ſed nec etiam cogitare ualeant. Et ii quidem Muſicam arbitrantur eſſe rẽ paruam/& ideo non magnificiendam/uel/ſicut in cęteris infirmo ſunt/ac hebeti iudicio/etiam contemendam. Sed norint ii Muſicen omnium in litteris ſtudiorum eſſe antiquiſſimam/ ut grauiſſimus autor aſſerit Timagenes/quæ tantum illis iam an/ tiquis temporibus/ut Quintilianus ait/nõ ſtudii modo/uerum

etiam uenerationis habuit/ut iidem Muſici/& uates / & ſapiẽtes iudicarentur. Conſtat autem/omnes quicunq; nomine ſapien/tiæ clari fuerunt artis huiuſce ſtudioſos fuiſſe. Quis neſcit/quæ de Orpheo/& Lino poſteritatis memoriȩ tradita ſunt? Qui non ſolum feras/ſed etiam ſyluas/& ſaxa cantu mouiſſe perhiben/tur/atq; ob id utrunq; diis genitum crediderunt. Taceo/quȩ de Amphione uulgata ſunt. Quis ignorat Pythagorã/& qui eum ſecuti ſunt/illam inuulgaſſe opinionem/mundum ſcilicet muſi/ca ratione eſſe compoſitum? Socrates iam ſenex inſtrui lyra non erubuit. Architas/& Ariſtoxenus quoſdam etiam numeros mẽbris inſertos edocuit/quod & Pythagoras affirmauit. Prodanus apud Eupolin & Muſicẽ/& litteras docet/& Maricas nihil ſe ex muſicis ſcire/niſi litteras confitetur. Diuinus Plato ciuili uiro neceſſariam muſicen credidit/cuius Timæum quis muſicæ igna/rus itelliget? Themiſtocli cũ in cœna oblata eſſet lyra/ac ſe eius imperitum confeſſus eſſet(ut autor eſt Cicero)habitus eſt indoctior. Lycurgus duriſſimarum apud Lacædemonios legum au/tor muſices diſciplinam probauit. Quare Spartani ad cõcentus tybiarum pugnas obibant/nec prius in certamen gradiebantur q̃ muſis ſacrificaſſent. Ad tibias quoq; pugnabãt amazões/quarum una cum ad Alexandrum macedonum regem concipien/di gratia ueniſſet/donata poſtmodum ab eo tibicine/ut magno munere lætata diſceſſit. Tibiaſaones in laudes inflauere cœle/ſtium. Tibiarum etiam cantu apud maiores noſtros cadauera eſ ferebantur. Heroum quoq; laudes/& fortium uiuorum ad tibiã res geſtæ cantabantur. Tibiis Gracchus in concione uſus eſt. Cretes quoq; ad cytharam prælia inibant. Adde/q; & animi/& corporis ægritudines ſanat Harmonia. Populares ſeditiones crebro cantus inhibuit. Theophraſtus ad affectiones animi tibias adhibebat. Damon muſicus iuuenes ebrios/ac petulantes mo/dulorum grauitate compeſcuit. Xenocrates organica modula/tione lympaticos ſanabat. Phreneticis etiam ſymphonia men/tem reſtituit/quod Aſclepiades medicus experimento comprobauit. Hierophilus etiam ægrotantium uenas rhythmorum col/latione penſabat. Tales cretenſis ſuauitate cytharæ morbos/ac peſtilentiam fugauit. Cicni cantum ſequuntur. Fiſtulis capiun/

tur ceruí. Fiſtulis aues allici/ nemo eſt/ qui neſciat. Elephantos etiam organica detineri uoce compertum eſt. Fides delphinis amicitiam hominum perſuaſere. Infantum quoq; uagitus cre/ pundia ſedant. Quin & inſtrumenta diuinæ artis quæuam diuis attributa ſunt. A Mercurio lyram aiunt inuentam. Tibiam Pal/ ladi aſſignant. Fiſtulam ad Pana referunt. In infinitum ſe ſe ex/ tendat oratio/ ſi cuncta perſequi uelim/ & q̃ late hoc cœleſte bo/ num pateat/ oſtendere/ Siquidem eo cœlum abundat. Terra re ferta eſt. Maria non carent/ quod natura ipſa uidetur ad toleran dos facilius labores/ uelut numeri nobis dediſſe. Hæc pauca dixiſſe uolui/ ut & ueſtræ petitioni aliqua in parte ſatisfacerem & ut artem eximiam/ ſed & labores mi Petre tuos merita laude non fraudarem/ Studia.n.præmio laudis augentur/ & uetus ſen tentia eſt/ artes honore nutriri. Hæc autẽ & tuo & omnium/ qui aderant/ miro aſſenſu comprobata ſunt. Tibi uero tantus ardor acceſſit/ ſic inflamatus es/ quod nactus eſſes hominem tibi ami/ ciſſimum/ qui tuas uigilias/ oratione ſua uideretur poſſe illuſtrio res facere/ ut affirmaueris/ uelle te nouum opus formare/ ac mul to plenius & uberius materiam tractare/ & te quidem (ſi ita mihi uideretur) cotidie ad me acceſſurum præmeditatum/ ac dicta/ rum/ quæ ego exciperem pollicitus quidem/ te adiecturum plu/ rima ex intimis artis penetralibus/ quæ a nullo ad huc uulgata fuiſſent/ ut nihil ultra deſyderari oporteret/ faſſus quidem/ ſole/ re noſtri temporis muſicos talia ſupprimere/ & tanq̃ naturæ in/ uidentes pati quidem artis arcana in occulto latere. Probaui/ mus omnes iſtum omni tui candorem/ ac tantam liberalitatem: ut affirmaremus diuinum fore opus illud ac immortale/ ſi unq̃ in manus hominum ueniret. Reſpondiſti/ uenturum quidem/ & breui/ niſi Flaminius ipſe tibi deeſſet/ At ego ſtatim confirmaui & ea quæ iam dixeram / & ſum pollicitus / me tibi cotidie ſatis horis uacaturum. Igitur poſtero die ad me reuerſus in hunc mo dum exorſus es.

# PETRI AARON FLORENTINI HARMO/NICAE INSTITVTIONIS AD MAGNIFICVM EQ.VITEM AC IVRIS PERITVM HIERONY/MVM.S.PETRVM BONONIENSEM PATRICI/VM LIBER.I. IO. ANTONIO FLAMINIO FO/ROCORNELIENSI INTERPRETE.

m AGNVM EST FLAMINI QVOD heri ſum pollicitus/nec me quidem pœnitet aut ſententiam muto/ immo rei magnitudi/ne magis/& claritate creſcit animus/ & in horas fit ardētior. Tu tantum mihi præſta/quā heſterno die pollicitus es promptā / & alacrē operā/& nihil nō ſucceſſuꝝ putes. Arduū ſane eſt/qđ mēte agito/ac prope diuinū. Sed meaꝝ ipſe uiriū ſum cōſcius/& qd poſſim ītelligo nō īmemor horatiani illius p̄cepti.

Sumite materiam ueſtris/qui ſcribitis æquam
Viribus/& uerſate diu/ quid ferre recuſent
Quid ualeant humeri/ſperoq; diuinam opem mihi non defu/turam/qui hac in re prodeſſe hominibus maxime cupio/ & artis huiuſce arcana pādere/ac nihil in tactum relinquere/quod pro/deſſe queat/aut quoquomodo neceſſarium putem. Siquid for/te omiſſum a nobis quiſpiam putauerit/æquum ſe iudicem prę/bere debebit/ac exiſtimare/uel id nobis uiſum eſſe minus neceſ/ſarium/uel ꝙ humana parū cauerit natura/Neq;.n.omnia poſ/ſnmus omnes/uti poeta inquit.Sed mea quidem ſententia/nihil quod ad rem faciat/aut quiſq̄ mirari poſſit omiſſum prętermiſ/ſuri ſumus.Forte non deerūt maligni interpretes/qui liuore moti hos noſtros labores improbent.Quoſdam etiam puto nō de/fore/qui moleſte ferant/ac etiam indignēt/ꝙ artis arcana/quę ſibi tantum nota eſſe uellēt/ſic inuulgauerimus/ Non.n.deſunt qui arbitrentur/ſic quaſi ſacra prophanari.Sed nos publicæ ſtu/dentes utilitati/quid corrupto iudicio quidam ſenſuri ſint/non curamus.Rectis mentibus hęc ſcribimus. Deo igitur pręſide/a

quo bona omnia proueniunt/& cuius munere ſumus/ quicquid
ſumus/rem aggredientes/totam quidem materiam bifariam di/
uidemus/digeſtamq́ per capita/quo res facilior/ & iucundior co
gnitu & inuentu fiat / in treis libros partiemur. Erit ergo prius
nobis ſermo de cantu plano/ac ea dicemus/ quæ ad illius cogni
tionem pertinere putabimus. In altera uero operis parte de con/
trapuncto(ut dicitur) pulcherrima cognitu/ & utiliſſima tracta/
bimus/ſenſimq́ uiam ad componendam quālibet cantilenam
aperiemus. Ibi ſeſe ars tota oſtētabit/& arcana illa perpaucis no/
ta prodētur Quæ ſic plana/ſic apta faciemus/ ut(niſi fallimur)
diligens lector/ ac ſtudioſus nihil ultra ſibi requirēdū arbitretur.
Igit cantus planus dicit/cuius notę æquali menſura/& pari tem
pore pronunciantur/Cuius legem mutare ſolum in Patrē oīpo/
tentem/quē cardineū uocāt/permittit/ſicut in libris apparet ec/
cleſiaſticis. In quo/quēadmodum Auguſtino/& poſt illum Gre
gorio placuiſſe accepimus/qnq́ ordines ad huiuſmodi cātū ꝑti/
nētes iſtituti ſūt/De qbus particula(ut uocāt)oīs eccleſiaſtica gi.
gnit. Verꝫ ut oīs tollat eccleſiaſticus error/ꝑdictos ordines i hūc
modū diſponendos eſſe putauimus/ ut primus ordo differēs ſit.
Secūdus idifferēs. Tertius ꝓſaicus. Quartus metricus: Quītus
deniq́ cōis. Differēs ordo dicit/qñ antiphonę tota cōpoſitio ꝑfe
cta eſt/ut iuxta ſuū terminū ad diapaſon uſq́ aſcēdat. Indifferēs
eſt/qñ cātilena eiuſmodi cōpoſitionē nō hꝫ. Proſaicus ē/qñ uer/
ba/ſuꝑ qbus eſt facta cōpoſitio/ꝓſa orone cōtexta ſunt/ q̄lia ſūt
in ſacris/q̄ dicunt offertoria/gradualia/& iis ſimilia/In qbus qdē
plures ſane abūdāt neumę/pauciora inſūt uerba. Nō deſūt/qui
putēt/qñ in talibus uni tātū ſyllabæ notę plures applicāt/uel ar
bitrio cōpoſitoris fieri/uel ut cātilena ꝓductior fiat. Sed errāt ad
modū/q hoc aſſerūt/Nā diuus Gregorius inqt/neumarꝫ multi
tudinē paucitati ſyllabarꝫ iccirco adiectā/ nō ut cātus ꝓlixior fiat
ſed ut ille q canit/dū diutius paucis immoratur ſyllabis/uerbo/
rum diligentius ſenſum conſyderet/ ac cœleſtia contempletur.
Quartus ordo metricus dicitur/ Cui nomen ideo tale inditum
eſt/ quia metris/hoc eſt uerſibus cantus ille ſubiicitur/ quales
ſunt hymni omnes/quos quidem conſtare uerſibus nemini du/
bium eſt/In quibus quidē modulationibus mos eſt/totidē/ quot

ſunt ſyllabę/notas adhibere. Communis demum ordo is dicitur qui ex Diapente/& Diateſſaron conſtat. Hęc de quinq; ordinibus dicta ſufficiant. Nam de cantu plano plura quidem alio loco dicturi ſumus.

## MANVS DIVISIO. CAPVT.II.

m Anum quidam in treis partes quidam in quattuor diuidunt/& id quantum ad uoces attinet/ Nam & alię ſunt ipſius diuiſiones. Qui in treis illam partes diuidunt/in graues partiuntur/acutas/& ſuperacutas. Qui uero in quattuor unam adiiciunt/ quam ſubgrauem appellãt/eamq; in ſolo Γ ut locum habere dicunt. Poſt hanc igitur graues ſtatim ſequuntur quę ab A re incipientes uſq; in D la ſol re naturæ acutæ protenduntur/ibi.n.la uocum ultima eſt grauium/licet quædam intermediæ/ac ſimul mixtæ uoces nomen acutarum habeant/quæ a ♮ quadro acuto pricipiũ ſumũt. Poſt graues acutę ueniũt/q̃ a ♮ quadro acuto(ſicut diximus)oriuntur/& uſq; ad ♮ quadrũ ſup/acutũ extẽdunt. Ergo a ♮ quadro ſuperacuto uoces/quę ſuperacutæ uocantur principium habent/licet quædã ex genere acutaꝝ intermixtę ſint/q̃ a C ſol fa ut naturę acutę originẽ trahunt.

## ALIA MANVS DIVISIO. CAP.III.

s Cio equidem has uiginti uoces/ſiue litteras/ ſub quibus uoces ipſæ continentur/aliter etiam diuidi / ut ſcilicet a Γ ut uſq; ad G ſol re ut acutum graues ſint Acutę uero ab eodem G ſol re ut uſq; ad ſecundum numerentur. Cæteræ uero/quæ a G ſol re ut ſecundo reſtant/ſuperacutarum appellatione cenſeantur. Sic quidem graues erunt ſeptem. Totidem acutæ. Superacutę autem ſex.

## POSITIONES MANVS.XX.CAP.IIII.

i N tota igitur manu ſecundum litterarum numerum xx.poſitiones ſunt/ quæ ideo ſic dicuntur/ꝙ litteræ ipſæ tanq̃ ſedes quædam in quibus uoces ſunt poſitæ.

## CLAVES IN MANV DVPLICITER. CAP.V.

S Vnt etiam in ipſa manu claues/quæ uniuerſales dicun/tur quoniam unaquanque litteram complectuntur. Igitur quælibet littera eſt ſuæ quidem poſitionis clauis/quia quemadmodum clauis/qua hoſtium recluditur uiã nobis ad in/grediendum aperit/& quæ intus erant/nobis pandit/& manife/ſta facit/ſic littera ipſa quaſi clauis officio fungens nomen aperit uocis/ac indicat/quæ illi ſubiecta eſt. Sunt præterea claues/ quę principales appellantur/quæ nobis quamlibet proprietatem ape riunt & tanq̃ duces in cantu ſunt/ſine quibus omnis melodia cõ fuſa erit/ac incerta/& tanq̃ in mari ſine clauo/ ac ſine remige/& ſine gubernatore nauis. Tres autem ſunt/Nature ſcilicet grauis prima/quæ in F faut b mollis grauis locum habet. Secunda b mollis grauis/quæ in b fa ♮ mi priore conſedit. Tertia ♮ quadri acuti/quæ ſibi ſedem in C ſol fa ut uendicauit. Quę quidem cla ues ĩ media melodia pp officiũ regẽdi cãtũ/& gubernãdi locum iure ſortitę ſunt/ſicut princeps/& populi rector nõ in angulo ur/bis/ſed in loco celebri / & in media ciuitate ſedem ſibi conſtituit.

## ¶ VOCEM QVANLIBET PER SVAM PRO/PRIETATEM DEBERE. CAPVT.VI.

S Vpradictæ omnes uoces debent ſecundũ ſuas proprie/tates cani/Nam quæcunque in ♮ quadro inueniuntur du riori quodam ſono canendæ ſunt. Quę uero b molle te nent/molliori ſunt quadã/& ſuauiori uoce pronunciandę. Quę autem naturam poſſideant/medium quẽdam ſonum/ atque ex ♮ quadro/& b molli temperatum habere debent/ut ne durus pror ſus/nec mollis etiam/ſed ex utroque mixtus uideri poſſit.

## ¶ PER QVAS PROPRIETATES PREDICTAE VOCES CANI DEBEANT. CAP.VII.

U Oces/q̃ ſub ãtedictis/xx. lr̃is cõtinẽt/p tres qdẽ proprie tates cani debẽt/hoc eſt p ♮ quadrũ. Per nãz. Per b rotũ dũ ſiue molle. Quas tñ in ſeptem ſic nos diuidimus/in ♮ q̃drũ triplicit/ideſt ĩ graue/ Acutũ/Supacutũ. In nãm duplicẽ Grauẽ/ & Acutã Eodẽ modo b molle ĩ graue ſimul & acutum.

## ¶DEDVCTIONES SEPTEM EX PROPRIETA TIBVS. CAPVT.VIII.

e X his uero proprietatibus deductiones fiūt ſeptē/ quas ideo ſic uocamus/quoniā ſingulæ ſecum ſex uoces deducūt.Ibi aūt deductionis cuiuſlibet eſt locus/ubicunq; inuenit̃/cuius uoces quidem comites ſeruato ſemper ordine ſequuntur/uidelicet Re.MI.FA.SOL.LA . Quas quidē uoces chriſtiana religio pridē cōſecrauit/& in hymno diui Ioannis Baptiſtæ celebrat/hoc pacto/Vt Vt queant laxis Re/reſonare fibris.Mi Mira geſtoꝝ Fa famuli tuoꝝ . Sol/ſolue polluti La labii reatum Sante Ioannes.

## ¶VT QVOMODO CANI DEBEAT. CAP.IX.

i Llud autem ſciendum eſt/ ubicunq; VT in G reperiatur/illud per ♮ quadrum cani. In C uero per naturam. In F autem per b molle/ quod hoc monoſticho ſumus complexi.C natura capit.F molle b.G ſibi durum.

## ¶MVTATIONES MANVS. CAP.X.

m Vtationes ĩ manu.xiiii. in locis fiūt/ quaꝝ principiū a C fa ut ſumit̃/Nāq; inde uſq; ad finē manus.xvii.poſitiones ſunt/ De q̃bus bis b fa ♮ mi & E la excipiuntur/ſimplices.n.ſūt uoces/& nullā mutationē patiunt̃.Quattuordecim ergo loci(uti diximus)cōputant̃.Igit̃/ubicūq; fuerit ſub una lr̃a duę/uel plures notę/ibi mutationes fiēt. Vbi uero ſimplex inuenietur nota/fieri nulla ibi mutatio poterit.Eſt aūt mutatio/uocis unius/ & proprietatis in alterā uocē/ac proprietatē ſeruato eodē loco/ac ſono uariatio/ſiue trāſlatio. Illud aūt in mutationibus faciēdis aduertēdū eſt:ubi duę ſint notę/duas fieri mutatiōes/Exēplo ſit C fa ut/ubi aſcēdēdo Fa ♮ quadri grauis in ut naturę grauis mutat̃/atq; trāsfert̃.Deſcēdēdo aūt illud ipſum VT in fa ♮ quadri grauis/ ut prius erat/cōuerſo ordine mutat̃ & ſic q̃dē uox & proprietas ꝑ aſcenſū/atq; deſcēſum uariat̃/locus tñ/ ac ſonus idē ꝑdurat. Vbi uero tres fuerint uoces/ſex fieri mutatiōes neceſſe erit/ſicut in G ſol re ut/quo q̃dē loco/ & ſimilibus ſic mutatio/

nes fiunt/ſcilicet primę notę cũ ſecũda/ & ordine retrogado/ſe/ cundę cũ prima. Itẽ eodẽ modo primę cũ tertia/& tertiæ cum pri ma. Itẽ ſecũdę cũ tertia/& tertię cũ ſecunda hoc modo/Sol Re/ Re Sol/& ſt mutatiões duę Sol ut/ Vt ſol/& ſunt iã q̃ttuor. Re Vt. Vt RE. ita ſex fiũt. Idẽ fit in reliqs huiuſmodi. Ois autẽ mu/ tatio/q̃ in Vt re mi terminat/aſcẽdit. Quę i Fa ſol la/deſcendit.

## B FA ♮ MI NON PATI MVTATIOnem Cap. xi.

IN b fa ♮ mi nulla quidem fit mutatio. Cur autem non fiat/diligentius inſpiciendum eſt/ cum duas ibi eſſe uo/ ces conſtet. Quare ſciendum eſt/ꝙ licet ibi duę ſint uo ces/non eo quidem ſunt modo/quo cæteris in locis conſpiciun/ tur Duę quidem ſunt uoces/ſed duę quoqꝫ ſunt litterę/& ſic qui dem/ut una ibi littera unam tantum notam occupet. Dictũ aũt ſupra eſt/ibi non poſſe mutationem fieri/ubi ſub una littera ſim/ plex ſit nota. hac ergo ratione fieri mutatio ibi non poteſt. Alia quoqꝫ ratio impedit/Nãqꝫ Fa ibi pręter ordinem/ac morẽ ſuum locum inferiorem tenet/Mi uero ſuperiorem / Siquidẽ illud Fa/ eſt b mollis grauis/ Mi autem ♮ quadri acuti/ita ut mi ſit uno q/ dem ſemitonio maiori/q̃ Fa ſublimius. Quare nec locus idẽ ſer uari/ ſicut i mutationibus cõuenit/nec ſonus põt/ Nã cũ Fa ſub littera ſit b mollis/ Mi aũt ſub lr̃a ♮ quadri acuti/& utrunqꝫ loco & figura differat/neceſſe eſt/etiã ſono fieri diſſimile. Ex his ergo facile cõſtat/q̃re in b fa ♮ mi/ ubicũqꝫ ſit/fieri mutatio nõ poſſit.

## MVTATIONEM IN B FA ♮ MI ALIQVO PA CTO INVENIRI. CAPVT. X. II.

VErum/tametſi mutationem ibi fieri non poſſe efficaci/ bus & ueris quidẽ rationibus ſatis(ni fallor) oſtendimus aliquid tamẽ in contrarium poſſe dici uidet/& mutatio/ nẽ eo in loco/quã oẽs repellũt/aliquã fieri. Quę nos rõ moueat propoſito exẽplo cõſtabit: Debet. n. q p̃cepta dat aliis, cautus eſſe ac maxime diligẽs poſſit ne p̃ceptis q̃ tradit/aliquid obiici. Scio eqdẽ in modulationibus eccleſiaſticis/ẽt i cãtilenis/q̃ a nobis mẽ ſurabiles dicunt/nõ iueniri ſolere notaꝝ progreſſus/p quos i di cto b fa ♮ mi mutationes facere cogamur: Attamen/ſiquis unq̃

legem hanc communem præterire uellet/qua ratione id facere poſſit/monſtrabimus/ut ſi forte in talem Cantilenam unq̃ inci/derit/non miretur/ & noſtra præſenti admonitione cautus fiat. Exemplum proponam/ut quo modo id fieri poſſit/appareat. Erit quæpiam immenſurabilis(ut dici ſolet)cantilena/ cuius prima quidem nota in C ſol fa ut erit/ quæ Fa dicet/& per gradus uſq; ad E la mi aſcendet/diceturq; Fa ſol la . Poſt dictam uero notam la/non gradatim quidem/ſed ſaltim in b fa ♮ mi acutum deſcendet/poſtmodum in F fa ut graue per unum item ſaltim deueniet. Ibi neceſſe quidem erit/ ſi talem progreſſum canere uelis ut mutatio in b fa ♮ mi fiat/ & nota mi in fa mutetur/ ut in ſubiectũ F fa ut graue poſſis deſcendere. Videt̃ ergo ibi præter omnium ſententiam fieri mutationem. Attamen ſciendum eſt talem notæ mi in fa reuera non debere mutationem dici/ ſed per mutationem/quia neceſſe eſt/ut notam fa/quæ ipſi mi per ſemitonium maius(uti iam diximus)ſubiecta eſt/ capias/ & in uoce ac ſono mi canas. Sic quidem non mutatio proprie/ſed permutatio fiet/quia de loco in locum notam remouere/ eſt quidem permutationem tam in aſcenſu q̃ in deſcenſu facere/non re uera mutationem. Verumtamen talis uariatio uocis Fa in ſonum Mi duriſſima quidem eſt/& admodum difficilis ad pronunciandum/quoniam a dicto Fa uſq; ad Mi ſemitonium illud maius eſt/quod quidem præter id/ q͏̃ ualde incommodum eſt/aſperum quoq;/ac difficilimum ſe ſe canenti offert. Si tamen unq̃ in id incideris/quo meliori poterit modo canendus erit. Mutationes autem Totius manus in unum collectę duę ſunt & quinquaginta. Loci uero(ut iam dictum eſt)quattuordecim.

## QVOMODO MVTATIONES IN CANTILENIS PLANIS FACIENDAE SINT. CAP. XIII.

Duo quidẽ in Cãtilenis/quæ planę dicunt̃/ ſeruãda ſunt Quorũ alterũ eſt ut nunq̃ niſi neceſſitas cogat/mutatio fiat/Nã q̃diu uoces habeas/qbus aſcendere poſſis/atq; deſcẽdere/mutatio ſemp uitãda eſt. Alterũ/ut i ultimã ſemp notã mutationẽ differas/quæ qdẽ nota/dũ fit mutatio/duplicatur quidem q̃uis appellatione diuerſa pronunciatur. Puta ſi fa quod

eſt in C fa ut/mutare uolueris in VT/debebis illud Fa prius q/
dem pronūciare/deinde ſub eodem ſono VT canere. Idē in cę/
teris ſimilibus locis ſeruandum erit. Hoc aūt ideo inſtitutum eſt
ut facilior rudibus/ac inexpertis fieret ad canendum uia/quibus
alioquin difficilis eſſet uocis apprehenſio.

## ¶ MVTATIONES ASCENDENTES NON ES/SE SEMPER ASCENDENTES. CAP. XIIII.

Rȩceptū eſt illud uulgatum/ac generale VT.RE.MI
p ſcandere. FA.SOL.LA deſcendere/Contra quod ali/
quando poſſe dici uidet. Nam duæ illæ mutationes ul/
timȩ RE.VT/VT.RE Aſcendunt quidem. Attamen/cū di/
citur VT.RE mutationē eſſe de ♮ quadro in b rotundum aſcē
dentem/utiq; falſum eſt/ſiquidem ex alto in imum non aſcendi
mus ſed deſcendimus/Nanq; ex ♮ quadro in b rotundum/qđ
quidem iferius eſt/fit deſcenſus. Sed & alio probatur exemplo
prædictam mutationem per deſcenſum fieri. Nam puta erit Cā
tilena non menſurabilis/in cuius medio ac fine huiuſmodi pro/
greſſus erit/ideſt cuius prima nota in G ſol re ut acuto erit ſecun
da in F fa ut inferiori. Tertia deinde in b fa ♮ mi acuto. Neceſſe
quidem eſt/quod ad naturalem ordinem attinet ut in illa prima
nota VT dicat/quæ in G ſol re ut eſt ſi uelis deinde ad ſequen/
tem notam/quæ in dicto F fa ut inferiori eſt/progredi/necceſſe
eſt/ut in tali deſcenſu nota illa ſcilicet VT/quæ prima eſt in ſol
mutet/quod eſt i G ſol re ut/dicaturq; ut ſol/poſtea uero fa/qđ
eſt inferius. Quod ſi aſcenſus quoq; ad tertiam notam/quȩ in b
fa ♮ mi eſt acuto/fiat/mutatio eſt qdem antedictæ notæ fa/quȩ
in f fa ut eſt/uidelicet in VT eiuſdem loci/& ad prædictum lo/
cum b fa ♮ mi fit aſcenſus/In quibus progreſſibus proculdubio
dicetur/Vt ſol fa ut Fa ubi primum VT/quod eſt in G ſol re ut
in ſol mutatur. Fa uero/quod eſt in f fa ut inferiori i Vt uertitur.
Talis ergo mutatio oſtendit/Vt ſol fa ut fa/in quo tam paruo q
dem interuallo duæ fiunt mutationes/quod minime conceden/
dum eſt/Nam quo ad eius fieri poſſit/mutationes ſunt uitandæ
& niſi magna urgeat neceſſitas/nō ſunt admittendȩ. Duplici au
tem ratione neceſſitas eiuſmodi mutationis cōtingit/Quarum

eſt altera/quando Cantus aſcenſum/ac deſcenſum non atting it/ tunc.n.neceſſario ſequitur mutatio. Altera eſt/quando licet Cãtus aſcenſui ſeruiat/atq; deſcenſui/attamen neceſſe eſt in aliud mutari/quemadmodum ſæpe de ♮ duro in b molle fit tranſitus ut Cantilena ſuauior fiat/ſicut ſuperiori patuit exemplo/uideli/cet a nota G ſol re ut acuti ad notam F fa ut grauis ubi mutatio nem unã habemus. Ab ipſo autem F fa ut cum ad b fa ♮ mi fiat aſcenſus/altera ſequitur/& ſic duæ fiunt. Sumatur antedictum Vt/quod eſt in G ſol re ut/illudq; in re b mollis demutetur/In F fa ut autem ſumatur Vt/cum quo quidem ad b fa ♮ mi aſcendatur/In hoc progreſſu una tantum mutatio fit/quod ſane me/lius eſt. Ratione igitur oſtẽdimus/atq; probamus VT RE mu/tationem eſſe/quæ per deſcenſum/non ſemper autem per aſcẽſum fiat. At dicet aliquis non debere VT in RE b mollis mutari/quia in cantu non menſurabili per b molle canẽdum non ſit. Id quidem alibi nõ negamus/Sed hoc in loco duabus de cauſis ita facere compellimur/quarum altera eſt/ut una tantum mutatio fiat/aliter.n.duas fieri neceſſe eſſet/Altera/ut Tritonus eui/tetur. Quare antedictum ſequi ordinem ſatius eſt. Alia tamen ratio eſt/cur eiuſmodi mutatio non deſcendens/ſed aſcendens eſſe dicatur/Nam quando VT RE dicimus/maius quidem in teruallum offertur/plureſq; notę ſuperſunt/quibus poſſit magis aſcendi/Si quidem ab re uſq; ad VT ſolus eſt gradus & nihil eſt medium/& ipſum VT nota eſt infima ſub qua nulla ſit alia. In aſcenſu autem prima quidem nota VT offert/poſt quam mul/tę uſq; ad ſupremum LA ſequũtur. Hinc fit/ut mutatio dicatur aſcendens RE VT/& VT RE non autem deſcendens/quæ tñ ob id/qđ ſupra diximus/qñq; dici deſcẽdẽs poterit. Idẽ quoq; in A LA MI RE accidit. In mutationibus etiã deſcẽdẽtibus cõtra uulgatũ pceptũ fieri uidemus/qa nõ ſemp deſcẽdũt/ſicut in C ſol fa ut:& in D la ſol re/aliiſq; ſimilibus apparet locis: In qbus eadem ratione/quam diximus/una dictarum mutationum aſcẽdens inuenitur.

## B/MOLLE NECESSARIO ESSE INVENTVM. ATQVE/OB/ID ACCIDENTALE eſſe. Cap.xv.

I Llud quoqꝫ prætermittendum non eſt/quod ad maio/rem b mollis cognitionem pertinet/id quidem neceſſario inuētum eſſe ad temperandam Tritoni aſperitatem Ideoqꝫ non eſſe id proprium/ac naturale/ ſe accidētale dicimus Quibus autē id moti rationibus affirmare nō dubitemus/nunc aperiendū eſt/ac primū quidē aſſerimus/non poſſe id in ordinē redigi litterarꝫ ſeptē/q̄ muſicæ manus elemēta conſtituūt. Neqꝫ icciro uel lineā propriā/uel ſpatium occupare/nec locū hr̄e na/turalē/Nā ſi de numero qdē illarꝫ foret/ ꝑ duplarē proculdubio cōſonātiā ideſt ꝑ octauā alicui grauiū uel ſuperacutarꝫ certe re/ſpōderet. Verꝫ ꝙ grauibus quidē nō reſpōdeat/hinc patet/ quia ſemitoniū illi deeſſe dep̄hēdit̃. Q đ āt ſupacutis quoqꝫ nō ſub/ſeruiat/& cōſonet manifeſtū quidē eſt/quia modū pręterit/ac in ſemitoniū luxuriat. Hac de cauſa gręci nomē illi ꝯueniēs indide runt menon ideſt accidens illud appellantes. Vnde fit/ut adeſſe atqꝫ abeſſe integra modulatione poſſit. Quare id quidē/niſi ubi neceſſarium fuerit/apponi/atqꝫ appingi non debet.

## ❡DE TONO. CAPVT .XVI.

t Onus/quemadmodum Martianus inquit/eſt ſpatii magnitudo/q ideo Tonus dicit̃/quia ꝑ hoc ſpatiū añ oēs prima uox/q̄ fuerit/extēdit̃/ hoc eſt de nota qualibet in notam. Secundū uero Cleonidē tonus quattuor modis dicit̃/ut phthongus/& interuallū/& ut uocis locus/ac Tenor. Sūt aūt toni/ut idē ait ex Ariſtoxeni ſnia tredeci/quos apud ipſum legere poteris. Vel tonus eſt cōiūctio duarꝫ uocū/ſiue cōplexio ꝑ ſpatiū ꝑfectū: Nā duplex qdē ſpatiū eſt ꝑfectū ſcilicet ipſorꝫ tonorꝫ/Im perfectum ſemitoniorꝫ. Perfecti quidē exēplū ſit/VT RE/RE MI. FA SOL. SOL LA. Imperfecti autem MI FA. FA MI.

## ❡DE SEMITONIO CAP. XVII.

s Emitoniū eſt cōiunctio duarum uocū per ſpatiū imꝑfectum/ut de mi fa/& de fa in mi. Sed eſt qdē Semitoniū mai⁹/& minus. Et maius qdē duplici dieſi/& cōmate cōſtat: Quid āt dieſis/& qđ cōma ſit infra explicabitur. Sed maius qdē ſemitoniū in naturali ordine manus nuſq̄ īuenit̃ nec niſi ubi

ſit b fa ♮ mi.Nam accidentaliter quidem reperitur/ubicunq; ſit Tonus/ſicut in Monochordo apparet.Minus autem duas tan/tum pulſo commate dieſes habet.Dieſis autem pars eſt toni/ſi/gnificat autem latine diuiſionem / ſiquidem a græco uerbo(ut tu Flamini dicere ſoles)quod eſt dieſco uenit / quod apud nos diuido eſt/Nam tonus quideꝫ in quattuor dieſes/& unum com/ma diuiditur.Comma uero nona eſt pars toni/& græce quidem comma/ut ex te ſæpe audiui : dici latine inciſio poteſt/ quia eſt particula quædam quaſi de tono inciſa. Tonus autem ipſe/qui: ut diximus/quattuor dieſes complectitur/ in nouem commata diuiſus eſt.

## DE SEMIDITONO CAP.XVIII.

s Emiditonus autem tonus eſt cuꝫ minori Semitonio.hic etiam treis uoces/ ſed non per ambo ſpatia perfecta cõ/plectitur/ & per aſcenſum quidem a RE uſq; ad Fa.Per deſcenſum autem a SOL uſq; ad MI.Vnde nomen illi/ ꝙ non ſint pleni duo toni/eſt iditum.Et hic Tertiam minorẽ facit/quæ quidem ex tono/& ſemitonio minori conſtat.

## DE DITONO CAP.XIX.

d Itonus quidem duo ſunt toni/qui per ſpatia duo perfe/cta extenditur/ & ſic treis uoces ãplectitur/ſicut ab VT uſquę ad MI a FA uſq; ad LA patet/& Ditonus ipſe Tertiam conficit/quæ maior appellatur.

## DE TRITONO CAP.XX.

p Oſt ditonum ſe ſe Tritonus offert durus/aſper/ & ina/mabilis ac/ſi fieri poſſit repellendus ſemper/ Qui qui/dem in tantum aures ueterũ uel offendit/ uel exterruit: ut neceſſitatem illis impoſuerit/omni ſolertia ueſtigandi qua ra/ione/qua lege leniri poſſet/ac temperari/ne tantum auribus ob ſtreperet.Inuentum eſt igitur b/quod a ſoni lenitate molle dici/mus/qui ſe ſe illi opponens/ac ſe opportune canentibus offerẽs illius aſperitatem atque duritiem miro temperamento molliret. Qui ipſo quoq; nomine duritiem quandam præſeferens etiam

compoſitionem qua nulla eſt aſperior/idicat/ ſi quidem a tribus tonis de quibus conſtat/nomen ſortitus eſt. Quattuor autem in locis(de manu loquor)inuenitur/quorū duo naturalem ſequuntur ordinem/duo per accidens ſeſe inferunt. Et naturalium quidem locorum alter a FA naturæ grauis principium capiens ī mi ♮ quadri acuti deſinit. Sic quidē a leni grauitate exoriens in aſperum acumen extenditur/quod lenitas b mollis intercurrens domat/& moderatur. Alter autem a fa naturæ acutæ in mi ♮ quadri ſuperacuti excurrit/ubi fa molle ſeſe opponens eodē quo ſupra/officio fungitur. Accidentalium uero locorum alter a Fa b mollis grauis in mi naturæ acutæ protēditur/ in cuius mi locum fa b lenis accidentaliter/ac opportune ſeſe obiiciēs ſuccedit. Alter uero/qui collatis omnibus locis quartus eſt/ a fa b mollis acuti in D la naturalis terminum manus euehitur/ ubi quidem fa b mollis eodem modo pro la ſuccedens eandem/immo etiam propter nimium acumen longe maiorem duritiem lenit/ ac tempetat. Ex his autem omnibus/quod memoria tenendum eſt/facile conſtat/quattuor uoces abſq; ſemitonio propter innatam duritiem non recte locum habere poſſe.

## DE DIATESSARON. CAP. XXI.

d Iateſſaron a numero uocūm/quas cōtinet dicitur appellatione græca/FLAMINIVS. Verum id quidem eſt nam dia græca eſt prepoſitio & per ſignificat. Ta teſſara quattuor & Martiano teſte ex quattuor dicitur. AARON. Ita ſane eſt/eſt.n.quattuor uocum ſymphonia ex duobus tonis & ſemitonio minori cōſtās/ & ut uerbis utar Martiani tui recipit ſonos quattuor/ ſpatia tria/productiones duas & dimidiam/ ubi ſonos uocat/quas nūc uoces/ſiue notas appellamus. Productiones uero appellat/quos & ipſe crebro/ & nos quoq; nunc tonos dicimus Cleonides quoq; Diatteſſaron inquit tonorū duorum atq; dimidii eſſe. Hæc tamen conſonantia in treis diuiditur ſpecies/quarum prima eſt RE.MI.FA.SOL/Nam a tono incipit ſequitur ſemitonium/dein uero tonum. Secunda uero MI.FA.SOL.LA / ubi a ſemitonio minori incipiens in duos deſinit tonos. Tertia de VT.RE.MI.FA conſtat/quæ duos tonos præ/

mittens in ſemitonium minorem terminatur. Verum licet com/
poſitione ipſa ſic differat/re tamen in idē deuenit/atq; redigitur.

## ℭ DE DIAPENTE. CAP.XXII.

d Iapente ſymphonia eſt/ſicut idem Martianus ait/quæ conſtat ſonis quinq;/qui inter ſe quattuor ſpatiis diui/duntur. Productiones habet tres/mediamq; præcidit hoc eſt tonos tres ac medium. Hæc Martianus. Igitur diapente conſonantia eſt/ex quinq; conſtans uocibus/ut ipſum nomen in dicat. FLAMINIVS. Ita quidem eſt/ſiquidem a dia præpoſitio ne græca/de qua modo diximus & pente.i. quinq; dicitur/quia de quinq; uocibus conficitur. AARON. Hæc treis tonos/ac ſe mitonium minorē continet. Eius quattuor ſint ſpecies/quę qui/dem & ipſæ compoſitione differunt/re uero conueniunt. Prima igitur ſpecies a D.SOL.RE.naturæ grauis incipiens in A.LA MI.RE.Finitur. Secunda ab E.LA.MI. naturæ item grauis in MI.ſubſequens b fa ♮ mi terminatur. Tertia a FA b mollis gra uis in FA naturæ acutæ/hoc eſt in C.SOL.FA.VT. finem ha bet. Quarta a G.SOL.RE.VT. ♮ quadri acuti originem tra/hens in D.LA.SOL.RE.procēditur. Etiam Cleonides in quat tuor ſpecies quanq̄ diuerſo modo partitur.

## ℭ DE HEXACHORDO.CAPVT. XX.III.

h Exachordon græco uocabulo demonſtrat conſonan/tiam/ſiquidem/ut ex te Flamini ſæpius audiui ex græce ſex latine ſignificat chordi uero chorda ſiue fidis dicitur & quia ex chorda lyræ uel citharę ſonus emittitur/& uox/in hac compoſitione pro ſono/ac uoce accipi debet. Eſt igitur Hexa/chordon ſex uocum ſymphonia. Sed duplex eſt/Maius/ac Mi/nus/& maius quidem ex quattuor tonis/& uno minori ſemito/nio conſtat/ſicut a Γ ut uſq; ad E la mi. Idem fiet/ubicunq; toni quattuor cum minori ſemitonio ſeſe obtulerint/a quibuſdam to nus cum diapente dicitur ex quibus ſane Hexachordon conſta re manifeſtum eſt. Hexachordon minus eſt/quod ex tribus qui/dem tonis/& duobus ſemitoniis minoribus cōficit/ut ab E.LA MI.uſq; ad C.SOL.FA.VT.patet.

## DE HEPTACHORDO. CAP.XXIIII.

h Eptacordon ex ſeptem conflatur uocibus/ut ipſum nomen indicat/ex duabus gręcis dictionibus compactum Siquidem epta ſeptem latine chordi uero fidem / & uocem ſiue ſonum dicimus. Eſt ergo de ſeptem conflata ſonis ſymphonia. Verum & hoc maius quidem/ ac minus eſt. Maius quinq; tonos ac ſemitoniũ minus recipit/ſic ut ditonus cum diapente dici poſſit. Inuenitur autem/ubicunq; ſeptem uoces cum minori ſemitonio ſint. At minus Heptachordon toni quattuor cum duobus ſemitoniis minoribus faciunt. Sic uno tãtum tono Hexachordon minus ſuperat.

## DE DIAPASON. CAPVT. XXV.

d Iapaſon ſymphonia eſt oĩum abſolutiſſima / cuius uide mirandã uim ac plenitudinẽ. Hęc.n.cõſonãtia adeo integra adeo plena eſt/ſic oĩbus perfecta numeris ut non ſolum uoces oẽs/ſed & cæteræ quidem cõſonantię ad unã illam tãq̃ ducẽ cõfluãt/tãq̃ principi ſeſe ſubiiciant illã uti oĩs ſymphonię moderatricẽ/ac reginã uenerent̃ atq; ſuſpiciãt. Nec imerito quidẽ priſci illi muſicę artis uiri tãto illã noĩe decorarũt. Hæc.n. uoces omneis continet/quibus harmonia conflat̃. Hæc itẽ conſonantias quaſlibet/& eas quidem/quas ſupra cõmemorauimus cõplexa eſt/& eas/q̃ plurime adhuc reſtãt/ tãq̃ fœcũda parẽs ex ſeſe emittit/ac generat omni laude digniſſima/omni fauore plequẽda. Hanc græce qdem ut tu dicere Flamini ſoles Diapaſon proprio ac eleganti uocabulo nũcuparũt apotu diaketopan qđ omne(ſicut ais)ſignificat deducto/quaſi de oĩbus conſtans non modo uocibus ſed etiã conſonãtiis. Latini octauã a numero uocum/de qbus illa cõficit̃/nominãt. Illud quoq; ĩ hac una miꝶ dictu ac memorabile eſt/ꝙ p totã manũ tãq̃ moderatrix/ac domina excurrẽs ubiq; ſedẽ ſibi inuenit. Hoc facile expieris & ita eſſe fataberis ſi totam percenſeas manum/in qua quidem illam ab una littera ad alteram ſimilem terminari uidebis. Hæc autem conſonantia quinq; tonos/ & duo ſemitonia complectitur / ut quanq̃ cęteras illam ambire cõſonantias dixerimus iure tamen

quodam inſignius Diapente cum Diateſſaron admittere dica/mus. FLAMINIVS uerum, ne prætereamus ueterum quoqꝫ ſcriptorum de diapaſon ſententiam/Cleonides/cuius ſupra mētionem fecimus/inter ueteres græcos magnæ ſcriptor authoritatis/illud in ſex tonos extendit/Nam tonum ille adnumerat/ quę nos duo minora ſemitonia facimus. Idem tamen paulopoſt iterꝫ diapaſon loquens inquit / At in diapaſon hemitonia duo / toni quinqꝫ. Ad hemitoniorum aūt habitudinem figuræ inſpiciūtur. Ex noſtris autem Martianus ait/ Tertia diapaſon quæ ex omnibus dicitur/octo ſonos recipit/ſpacia ſeptem/productiones ſex: Hemitonia xii. Vbi Hemitonia ſemitonia ſūt/quæ cum.xii.eſſē dicat/ad eoſdem ſex tonos rediguntur: Hæc impreſentia de excellentiſſima conſonantia dicta ſufficiant.

## ¶DE TONIS QVATTVOR ANTIquis. Cap. xxvi.

Legimus fuiſſe apud græcos olim tonos tantummodo quattuor/quorum hæc erant nomina/ Prothus. Deuterus/ Tritus & Tetrardus/qui ſunt iidem q̃ apud nos fiunt Primus. Tertius. Quintus/& Septimus/ Quorum quidē ſicut in monochordo/& antiqs apparet in libris/tantus erat aſcēſus/atqꝫ deſcenſus ut pręter modum/ qui canebant in templis defatigarent. Qua diuus Gregorius diuino uir ingenio/ ut pleriſqꝫ alii ad ſacra pertinentibus/ ſic rei quoqꝫ huic conſulendum arbitratus quattuor illos tonos in octo partitus eſt/& ita quidem aſcenſum illum/atqꝫ deſcenſum ueterem canentibus adeo difficilem temperauit/ut nec labor amplius/nec difficultas ulla fuerit choris. Quorum ut poſſit uniuſquiſqꝫ cognitionē aſſequi ſingulorum quidē rationem afferemus. Illud prius dicemus/ Tonos(de iis loquor/de quibus nunc agimus)eſſe quandam canēdi normam/ quæ in fine per aſcenſum atqꝫ deſcenſum cognoſcitur. Finis autē primi & ſecundi eſt ſeruata lege in D. SOL. RE. Pręter legem autem in A la mi/re acuto. Tertii/& quarti in E. LA. MI graui/ Sed pręter legem in b fa ♮ mi acuto. Quinti ac ſexti in F fa ut graui/ pręter legem uero in C ſol/ fa/ut. Septimi & octaui in G ſol/ re/ut acuto/pręter legem autem/ quanq̃ raro in D la/ſol/re/ Toni quidem omnes bifariam diuidunt/ Sunt.n.

deris/Scito/id proculdubio compoſitoris in curia/uel ſcripto/

ris id accidiſſe/& cantilenam eiuſmodi mancam eſſe/ac imperfe ctam. Tres ergo illæ priores cõiecturæ/quas/diximus/circuli q/ dem ideſt perfecti temporis ſunt reliquę uero tres ad perfectam probationem pertinent.

## DE TRIPLICI BREVIVM AC SEMIBREVI/ VM DIFFERENTIA. CAPVT .XVIII.

Voniã breuis/ac ſemibreuis ſupra mẽtio facta eſt/q̃uo/ modo ſint obſeruandæ/quia triplex eſt earum differen/ tia/nũc dicam. Primum quidem uidẽdum erit/ſub quo indice ſint breues illæ/Nam ſi ſub perfecto ſint tempore/unum quidem genus habes. Sub imperfecto alterum. Tertium in pro/ portione/quæ ſeſqualtera dicitur. Sed ut ſingulorum generum tradat̃ obſeruatio/Q ñ breuis nigra tẽpori pfecto ſuberit/quem admodũ ſupra oſtẽdi/duas ualebit ſemibreues. Sed quando ſub indice tpõris impfecti erit/unã ſemibreuẽ cũ pũcto ualebit. Ter tio ãt qñ in proporõtie ſeſqualtera fuerit/unã ualebit ſemibreuẽ ac ſemiminimã & ſemichromam ſimul paulo plus etiam. Paulo pluſq̃ ſemichromã dixi/quia ſemichroma in partes minutiores diuidi nequit/ꝙ nulla poſt eam figura extat. Ita quidẽ breuis ni/ gra in tali proportione tantum ſola ualebit/quãtum ſemibreuis: ſemiminima/& ſemichroma ſimul. Nigram uero ſemibreuẽ eo/ dem modo obſeruabis/Nam ſub prolatione perfecta unum qui dem efficiet/ſub tempore autem perfecto/ ac imperfecto aliud. Aliud quoq; i proportione/quam ſeſqualteram diximus. Nam cum ſemibreuis nigra in prolatione perfecta deprehenditur/ ter tiam ſui partem amittit/& ſic duas tantum minimas ualet. Cum uero eadem ſub tempore imperfecto fuerit/minimam cum pun cto ualebit. In proportione autem ſeſqualtera / minimam cum puncto unam/& ſemichromam æquabit. Supereſt una etiam in hac diuiſione ſemichroma/quæ cum in treis partes diuidi nomi ne queat/ ſic relinquetur. Inueniũtur etiam in tempore perfecto nigræ ſemibreues/quæ nunq̃ uim ſuam perdũt/nec alia de cau/ ſa fiunt/q̃ ut nigras breues comitentur/ quia ſub tali nequeunt indice fieri notulæ atræ præcipue breues/ ac ſemibreues/niſi tẽ/ pus trium ſemibreuium compleatur. In tali.n.indice trium eſt ſe

mibreuium pro qualibet breui tempus. Cum ergo non poſſint numerari nigræ cum albis/quæ tempus impleant/neceſſe eſt di ctas nigras inueniri ternas.

¶QVOMODO NOtaꝝ quãtitas minuatur. Cap.xix.

O Rdinariam uim notarum/& qnantitatem cum ſuis indi cibus abunde(ni fallor)atq; dillucide/quantum a nobis effici potuit explicauimus. Veꝝ/quia præter ea quę di/ cta ſunt/neceſſaria etiam cognitio habenda eſt/quomodo qũan titatis illarum pars nonnunq̃ ſurripitur/atq; ſubtrahitur id quo/ modo & qua ratione contingat/ediſſeram. Decremẽtum igitur atq; iactura/quam notæ patiuntur nil aliud eſſe putes/q̃ ſubtra/ ctionem quandam inſitæ quantitatis/atq; ſurreptionem/quę no tarum figuris quibuſlibet propria/ac naturalis inhæret. Triplici ratione id conſtabit/ac primum quidem per canonem ideſt p re/ gulã/Nã græce canon regula dicit̃. Secũdo p proportionẽ. Ter tio p indices. Per canonẽ quidem eſt/ qñ cõpoſitor ĩ ſua cãtilena maximas inſeret/& lõgas breues/ac ſemibreues/q̃ licet figura ip ſa maximæ ſint/& lõgę/breues/ac ſemibreues/attñ cõponẽtis ĩ/ tẽtio nõ fuit/ ut añdictæ notæ/cũ ui ꝓpria & quãtitate quã pſe/ ferũt/canerent̃. Hac de cauſa opus qdẽ eſt/ ut canonẽ apponat ipſe cõpoſitor/p quẽ id qđ intẽdit/idicet. Igit̃ per canonẽ ipſum monebit ut añdictę notę minuãt̃ ideſt ut maxima ĩ lõgã traſeat. Lõga in breuẽ. Breuis in ſemibreuẽ. Semibreuis in minimã. Cõ/ trario ẽt ordine uolet/ut ex minimis facias ſemibreues. De ſemi breuibus breues. De breuibus lõgas. De lõgis maximas. Multis quoq; alis poterit modis illas ſicut ei libuerit/trãſmutar̃. Hoc.n. cõponẽtis arbitrio relinqt̃. Secũdo modo rõne ꝓportionis/Nã ſicut aliqñ cãtilenę in quaꝝ fronte circulus apponit̃ uel ſemicir/ culus cum puncto. Quare ſi canere uolueris eo modo/quo illi cõuenit/cãtilena diſſonabit/& partes ĩter ſe cõcordes nõ erunt. Hoc ãt ideo cõtingit qa cõponẽtis intẽtio illa nõ fuit/ſed ꝓpor/ tionẽ cogitauit. Vt ãt exẽplo res pateat. Erit cãtilena/cuiꝰ tenor habebit circulũ cũ pũcto uel ſemicirculũ in cãtu ãt circulus ſine pũcto erit. Tenori quidẽ propter circulũ/qui punctum habebit obſeruanda erunt omnia/quæ tali conuenient indici/ ideſt/ ut

quælibet minima uice ſingularum ſemibreuium / quæ in cantu erunt / cantetur. Quare ternæ quidem tenoris minimæ binis opponentur earum quæ in cantu erunt. Ita illi quantitas indici minuetur / & proportio ſeſqualtera fiet. Sic quidem ſecundum habes modum / qui p proportionem explicatur. Arcanũ huiuſmodi compoſitor ipſe non aperit / ſed aliis ueſtigandum relinquit. Taliũ quidem tenorum exemplum extat i miſſa / Cui nomẽ eſt ſpiritus almus. Tertio modo per indices quantitas prædicta minuitur. Multa huiuſce rei exempla ſeſe quærentibus offerunt. Sed unum proponam. Erit cãtilena / in qua numerum / ac uarietatem indicum reperies / quibus quidem ea uis inerit / ut de maxima longam faciant. De longa breuem. De breui ſemibreuem. De ſemibreui minimam idem de cæteris intellige. Hoc autem tunc continget / cum uel cantui / uel tenori ſemicirculum ſine pũcto & non ſectum appoſueris. Cum multas ſub tali indice notas cecineris ſi alium forte inueneris indicem / hoc eſt ſemicirculum ſectum notæ / quæ ſub illo fuerint / exhaurientᷣ / ſic quide ut dimidium ſuæ quãtitatis amittãt / ideſt ut maxima fiat longa. Longa breuis. At breuis in ſemibreuem tranſeat. Semibreuis in minimam & ſimili modo cæteræ ſui iacturam faciant. Eadem menſura canentur notæ illius cantilenæ in cuius fronte ſemicirculus ſectus fuerit / poſtmodum autem alterum habuerit ſemicirculum ſimiliter ſectum / ſed appoſitam ſimul numeralem notam / quæ duo ſignificat. Illud tamen ſciendum eſt / Nullum ex tribus his modis / quos monſtrauimus / habere uim tantam exhauriendi / ac minuendi / ut perfectis breuibus / ac ſemibreuibus ſuam adimere perfectionem ualeant / Nam breues ipſæ ſub tempore perfecto uim trium ſemibreuium ſemper habent. At ſub prolatione perfecta ſemibreues uim trium minimaꝝ gerunt. Sola quidem interualli ac menſurę celeritas demonſtratur.

## ¶DE PERFECTIS NOTIS ET Imprfect. Cap.xx.

n Vnc de perfectis notis / & imperfectis agemus. Perfectę dicuntur notę / quę numerum ternarium complent. Imperfectæ uero q̃ duas tãtum ualent. Et illæ qdẽ ſunt quas binariũ numeꝝ dicimus. Ex figura aũt dignoſcuntur notę

quæ fieri perfectæ poſſunt/& imperfectæ. Quę uero ſint illę de
clarabimus. Quattuor quidem numero ſunt. Maxima. Longa.
Breuis/& ſemibreuis/quę quidem anterius/ac poſterius imper/
fectæ redduntur. Hoc autem fit ab una ſemibreui & duabus mi
nimis. a pauſa quoq; ſemibreuis/ & hæc eſt breuis in tempore
perfecto. Illud autem memoria tenendum eſt/ oportere/ notam
illam eſſe minorem/quæ aliam reddat imperfectam. Ergo Ma/
ximam longa Longam breuis/Breuem ſemibreuis/ ſemibreuē
Minima poterit imperfectā efficere. Ex quo fit/ut Maxima nul/
lam poſſit imperfectam reddere/ quia nullam ſe maiorem inue/
nit. Quibus autem modis huiuſmodi notæ ſuam perfectionem
uel imperfectionem oſtendant/uidendum eſt/ Ac primum qui/
dem/quomodo perfectæ cognoſcantur.

## DE TRIBVS MODIS QVIBVS NOTARVM PERFECTIO COGNOSCITVR. CAP. XXI.

nOtarum quidem primum perfectionis ſignum eſt/ quā
do ſub circulo indice poſitæ ſunt breues/tūc.n.perfectę
ſunt. Secundum puta quādo breuis ante breuem/ ideſt
ſimilis eſt ante ſimilem/iuxta uulgatum illud/quod frequens in
ore eſt/Similis añ ſimilē impfici nō pōt. Quare ſi breuē albā an
te nigrā inueneris/nō dices breuē illā añ ſibi ſimilē eſſe. Eſt.n.ſi/
militudo/quādo figura/& color cōcordāt. Quēadmodum etiā
ſi breuis añ longam ſit/& ſemibreuis ante breuē. Oportet.n.lon
gam ante longam eſſe. breuem ante breuem. Semibreuem ante
ſemibreuem locari. Tertium deniq; ſignum pefectionis eſt/quā
do breuis cum puncto poſita eſt ſub circulo/qui perfectum tem
pus indicat. Tunc.n.breues ratione puncti perfectę dicuntur.

## DE TRIBVS MODIS QVIBVS NOTARVM IMPERFECTIO COGNOSCITVR. CAP. XXII.

tRibus etiam modis imperfectio notarum deprehendit.
Ac primum quidem/quando non eſt ſimilis ante ſimi/
lem/uel ante longarum pauſas/aut breuium. Itē ſi ante
uel poſt una ſemibreuis fuerit/aut illius quantitas. Præterea per

ſemibreuis pauſam/ aut per duas minimas imperfectio genera/ bitur. Secundus autem modus puncto diuiſionis cõſtat/ quod ſi inter duas ſemibreues inueniatur/ utranq; reddit imperfectam: quod etiam in prolatione perfecta continget/ quia/ quod ſub tẽ/ pore perfecto naſcitur/ eodem ordine in prolatione perfecta cõ/ tingit. Tertius modus eſt/ quando longæ/ ac breues/ & ſemibre/ ues nigræ ſunt. Alter.n.ille color imperfectionis eſt indicium/ ſi/ quidem quælibet nota in tempore perfecto/ ac prolatione perfe cta ſi nigra ſit/ tertiam ſuæ quantitatis partem amittit/ Nam lõ/ ga perfecta ſub tempore perfecto breues duas tantũmodo ualet quæ numerum/ & quãtitatem ſex efficiunt ſemibreuium. Quod ſi nigra fuerit/ quattuor tãtum ualebit/ quæ duo tempora faciũt imperfecta/ Breuis item alba ſub antedicto tempore treis conti/ net/ ſemibreues/ nigra uero duas tãtum. Semibreuis etiam alba ſi fuerit in prolatione perfecta trium minimarum uim obtinebit: nigra uero duarum. His quidem modis perfectio: ac imperfectio breuium/ ac ſemibreuium demonſtrata eſt. Nũc de Maximis: ac longis/ quantum res exiget/ dicemus.

## ¶ QVOT MODIS ET QVO MODO MAXIMA ET LONGA perfecte fiant & imperfectæ. Cap. xxiii.

q Vantitas Maximæ quattuor/ qui ſunt in uſu/ modis col ligitur. Aut ſeptẽ & uinginti ſemibreues illa ualebit/ aut decem & octo/ aut duodecim. Nõnunq̃ octo tantũmo/ do. Hæc autem illius adeo uariata quantitas ob indicum diuer/ ſitatem quibus illa ſubiicitur proculdubio contingit/ De quibus quidem ſingulis dicendum eſt. Primum igitur/ quando ſub mo/ do maiori perfecto Maxima fuerit/ Semibreues. xxvii. ualebit. Tunc.n. maxima ipſa treis longas ualet/ lõga uero treis breues: breuis autem totidem ſemibreues. Qui quidem numeri ĩ unum collecti ſummam/ quam diximus/ in maxima complent. Secun/ do. xviii. ſemibreues amplectit̃. Hoc accidit/ quando duę/ tres ue maximę ſub modo minori perfecto ſunt/ qui quidem modus per circulum ſine puncto numeralem iuxta ſe habentem notam quæ tria ſignificat indicatur. Sic.n. Maxima. xviii. ualere ſemibre

ues oſtenditur. Tertio.xii.ualet/ quando tempori perfecto ideſt circulo punctum non habenti ſubiicitur. Quarto demum octo tantum ualebit ſemibreues:quando ſub imperfectis tempore ac prolatione fuerit. Quod ſi ſub modo maiori perfecto ac prolatione illam uideris quinta fiet illi quantitas/ſiquidem numerum implebit ſemibreuium.xxvii.Qui quidem numerus in tempore ac prolatione imperfectis minimas.lxxxi. efficiet/ quæ fiunt.xl. cum dimidia ſemibreues/ ſicuti diligenter examinando uidere poteris/licet eiuſmodi nota Compoſitores ob nimiam quantitatem minime utantur/Nam ſi tenorem feceris/in quo ſub circulo punctum habenti ſint Maximę Cantus autem ſemicirculum ſectum habeat/quia tunc quidem quęlibet Tenoris minima breuem unam ualebit earum/ quę in Cantu fuerint in ipſa quidem maxima erunt minimę.lxxxi.Et ſi minimę illæ ad breues totidẽ redigantur/ſemibreues efficiunt.clxii. Quare ne tantus numerus canentem nimis defatiget/ac remoretur/ & uox ibidem diu continuata offendat/ſub tali quidem indice. Maxima non cõceditur.Maximę quoq; perfectio indicatur: quando iuxta illã puncta inueniuntur: Nam quando apud eam punctum offenderis: ſcito uim maximę trium longarum ineſſe:Necnon/quãdo ante pauſas ſibi ſimiles illam inueneris.

## QVOMODO MAXIMA reddatꝰ impfecta.Cap.xxiiii.

m Axima eadem imperfecta efficitur: & a parte quidẽ anteriori per longam: Necnon a poſteriori. Quare nota hęc in utroq; modo minori perfecto ac imperfecto reperitur.Modus quidem minor perfectus( ſicut ſupra diximus)pauſa una trium temporum cũ circulo monſtratꝰ. Docti quoq; Cõpoſitores modum hunc per circulum ſine puncto oſtendunt:cui quidem adiiciunt notam:quę in numeris tria ſignificat.Quo circulo tali nota numerali ſociato modus minor perfectus cum tẽpore perfeccto mõſtratur. Quando aũt modum minorẽ imperfectum ſignificat/Circulus ipſe eodem modo ſine puncto eſt:ac iuxta ſe notam habet/ q̃ in numeris duo ſignificat: quo quidem indice modus minor perfectus cum tẽpore ac prolatione imperfecta indicatur:Nam circulus quidem modum:nota uero nume

talis tempus imperfectum pręmonſtrat. Illud aũt memoria tenẽdum eſt: Maximam ipſam nõ poſſe niſi a ſua propinquiori nota (ea autem eſt longa) imperfectam fieri. Verum/ quia propinquitatis mẽtio incidit: q̃ ſit pars propinqua: & quę remota: quæ item remotiſſima/ declarabimus. Pars q̃dem propiqua eſt/ p̃ quã illa Maximę quãtitas iminuit̃/ Eſt aũt lõga/ q̃ ſua illi ꝓpinq̃tate tertiã partẽ adimit/ quã q̃dẽ iacturã/ Longa quoq; ob uicinitatẽ breuis facit. Idẽ breui propinq̃tate ſemibreuis accidit. De cęteris idẽ intellige. Pars aũt remota eſt breuis/ inter quã & maximã ſola ſe lõga interſerit. Pars demũ remotiſſima eſt minima/ que quidem a Maxima tribus tanq̃ obiicibus (ſunt autem lõga/ breuis/ ac ſemibreuis) tanq̃ longo interuallo diſiuncta ſecluditur.

## QVOD A DVABVS BREVIBVS MAXIMA NON POSSIT IMPERFECTA REDdi. Cap. xxv.

m Aximã uero nõ poſſe ab una uel duabus imp̃fectã fieri breuibus ſicut a lõga põt/ rõe oſtẽdemus. Neceſſe q̃dẽ eſt/ ut pars illa: q̃ imp̃fectã reddit/ tertia illius pars ſit/ cui perfectionẽ adimit/ ut ãt hoc melius pateat/ exẽplũ afferã. Nota illa/ q̃ in ãdicto maiori modo tertiã maximę partẽ ſurripit/ non alia q̃dẽ eſt/ niſi lõga/ Nã cũ maxima treis lõgas ualeat/ fit q̃dẽ ut lõga ſit Maximæ pars tertia. Sola ergo lõga poterit illã imp̃fectã reddere/ Q̃d ãt a duabus nõ poſſit imp̃fecta reddi breuibus rõ in prõptu eſt/ ꝙ totũ in ſe nõ cõtinẽt duę illę breues ideſt uim lõge nõ hñt/ ut maximę tertiã partẽ implere poſſint cũ lõga triũ gerat breuiũ quãtitatẽ. Quo q̃dẽ fit: ut a nulla alia q̃ a lõga Maxima queat imp̃fecta reddi. Alia quoq; rõ eſt/ ꝙ modus maior ac minor p̃fect⁹/ & imp̃fectus ĩ maximis cõſiſtit: & lõgis. Cũq; oporteat talẽ ĩ Cãtilenis mẽſurã iueniri p̃ lõgas ãdictas modus ipſe numerabit̃ & q̃libet tres notę lõgę modi ipſius quãtitatẽ efficiẽt. Verũ ut hoc aptius adhuc fiat/ cõparatiõe breuis utemur/ q̃ñ nõ queat imp̃fecta reddi. Breuis ergo/ q̃ ſub tp̃ore p̃fecto fuerit nõ poterit ipſa quoq;/ niſi ab ea nota/ q̃ tertiã illius partem ualuerit imperfecta fieri/ treis autem ualet ſemibreues. Poterit ergo ſemibreuis una illam reddere imperfectam/ etiam minimæ duæ quę

ſua quantitate ſemibreuem unam efficiunt/ Nam ſi ſemibreuis tertia pars eſt breuis/duæ autem minimæ ſemibreuem unam efficiunt/ſequitur/ut duæ quoqꝫ minimæ poſſint breuem imperfectam reddere/quæ tertiam referunt ſemibreuis portionem/ quę quidem diuiſio in duabus fieri ſupra mõſtratis breuibus nequit: Nam ſi modi antedicti longam diuiſeris/in treis quidem beues euadet/ex quo ſequitur/ut duæ quidem breues nõ tertiam unã: ſed bis tertiam longæ partem efficiant. Quibus quidem rationibus/ſatis conſtare putamus/ Maximam ſub modo perfecto/uel imperfecto minori a duabus non poſſe breuibus/ſed ab una tãtum longa imperfectam fieri.

## QVOMODO LONGA Redat̃ impfecta. Cap.xxvi.

S Atis(ni fallor)de maxima iam diximus. Igitur/quæ ad longæ quoqꝫ imperfectionem explicandam pertinere putabimus conſequenter ſubiiciemus. Cum autem illa multis quidem modis imperfecta reddatur/primum dicimus eſſe/ſi ſub indice ſit imperfecti tẽporis.Secundum ſi plenam/hoc eſt ſi nigram ſe offerat.Poteſt autem illa reddi anterius/atqꝫ poſterius imperfecta & ab una quidem/aut a duabus breuibus a duabus etiam minimis/ab una quoqꝫ ſemibreuis pauſa. Exẽplis autem rem apertam faciemus.Si fuerit index Canuleæ circulus: In qua quidem una pluresue longæ ſint/ & ante longã duæ illa/tuantur minimæ illæ proculdubio minimæ longam facient imperfectam/ita tamen ſi ante minimas ipſas pũctum fuerit/quod quidem oſtendet a duabus illis minimis ei perfectionem adimi. Quod ſi ſolam illi/duaſue ſemibreues antepoſitas uideris/quæ quidem eo modo/quo de minimis diximus/pũctum ante ſe habeant/uel una ſit/uel duę ſemibreues/ſic quoqꝫ imperfecta fiet. Punctum illud quidem oſtendit/notas eiuſmodi ad longam pertinere atqꝫ reduci.Poſterius quoqꝫ longa poteſt imperfecta reddi/ſi duę illam ſequantur ſemibreues duę ue minimę/una ue ſemibreuis pauſa/ſic tamen/ut punctum ſtatim ſequatur/quod illas ad longam pertinere indicet/Id autẽ punctũ non ante(ſicut ſupra)ſed poſt debet poni/ut/quas diximus/notas ad longã pertinere indicet.Quod autem tot modis longa fiat impfecta:ratio

quidem eſt/ꝙ in longã imperfecta opus eſt/tempus inueniri perfectum/ideſt ut breuis una perfecta ſemꝑ in ea remaneat.Cõcedit ãt eiuſmodi diuiſio/ut añ / poſtq́ꝫ a tertia qdẽ parte/ideſt a duabus ſemibreuibus/a ſexta ẽt/ideſt ab una ſemibreui/uel duabus minimis/nec non a pauſa ſemibreuis poſſit imperfecta fieri.

## ¶LONGAM TRIBVS MODIS PERFECTAM COGNOSCI. CAPVT. XXVII.

l Onga quidem tribus modis perfecta cognoſcit. Primo quidẽ / ſi ſub indice modi perfecti temporis non unam ſed plureis lõgas poſueris/perfecte quidem erunt/ q̃diu ſimilis ſimilem inuenerit. Secundo per breues. Tertio per pauſas poſteriores ſibi quidem ſimiles/uel etiã ſe maiores/ ut puta ſi ante pauſã duaꝝ lõgaꝝ breuis fuerint. Et hæc qdẽ ratio eſt/ qđ pauſa longę in longam nequit antecedentem reduci / quia ſub tali quidem indice longa debet in treis breues diuidi.Prӕterea ꝙ dicta pauſa trium indicat breuium quantitatem / non poteſt talis uirgula/ſiue pauſa in partes diuidi quæ ipſi longæ poſſint applicari.Quo quidem fit/ut longa pauſam præcedens antedictam iure perfecta dicatur.Verum actenus de notulaꝝ perfectione/ac ſimul imperfectione.De pũctis & pauſis/nũc agẽdum eſt.

## ¶DE PVNCTIS CANTILENARVM ORDINARIIS AC PRIMVM DE PVncto pfectionis. Cap.xxviii.

n Vnc de punctis agam/quoꝝ cognitio in cantilenis maxime neceſſaria eſt. Punctum quidem/ſicut geometræ diffiniũt/corpus eſt induiduum/quod ſua breuitate diuidi non põt:& pũctũ eſt/cuius pars nõ eſt.Sed in cãtilenis punctum dicimus/minimam eſſe quandam figuram/illudq́ꝫ antepo ni/poſtponi/ac interponi.Sed quanq̃ adeo res exigua eſt/maximam tamen uim/ac poteſtatem habet.Nam ſi apud maximam locatur/uim/& quantitatem longæ optinet/idq́ꝫ perpetuum eſt. Poſitum uero apud longam unius uim breuis habet. Apud breuem/ſemibreuis.Minimæ apud ſemibreuem.Apud minimã ſemiminimę.Chromę uero apud ſemiminimã.Deniq́ꝫ apud chro

mam ſemichrome.Ita quidem manifeſtum fit/ pũctum quidem figura ipſa rem eſſe admodum exiguam/ſed uim illius/ac poteſtatem late patere/ac eſſe maximam. Ttriplex autẽ illud eſt/perfectionis ſcilicet/Diuiſionis & Augmentationis.Punctum perfectionis eſt illud/ quod breuibus perfecti temporis poſtponitur cuius quidem breuis quantitatem ſic auget / ut illi tertiam partem ideſt unam ſemibreuem adiiciat:& quia temporis perfecti quantitatẽ facit/perfectionis punctum iure nũcupatur. Q đ ſi ſemibreuis/quæ quidem imperfectę ſunt/in parte poſteriori additur adiicit illis minimæ quantitatem & prolationem perfectam implet/cum prius tertia pars illi deeſſet. Ex hac re naſci quorundam errorem uideo/qui ſatis imprudenter aiunt/ puncta omnia cuiuſcunq; fuerint notæ adiuncta/dimidiam illius notæ quantitatem ualere/ ut ſi maximæ addatur / dimidium illi quantitatis: quæ in tali puncto ſit/applicetur. Idem efficere/ſi longæ ſi breui addatur/quibus putant dimidium quantitatis ex puncti ſocietate adiici.Sed falſa opinione ducuntur:ſiquidem id non ſemper uerum eſt.Nam ſi breui perfecti temporis punctum illud adieceris/punctum illud non dimidiam quãtitatis partem/ ſed tertiam adiecit/quod ideo quidem accidit/ꝙ breuis in tempore perfecto in tres ſemibreues diuiditur/ non in duas . Ergo non dimidiam/ſed tertiam partem adiecerit.Si punctum etiam iuxta ſemibreuem perfectæ prolationis locaueris/ tertia quoq; illi pars/ſicut de breui diximus/addet.In q̃ re ſi falli nõ uis/diligẽter aduerte/ſub quo indice nota ſit/cui pũctũ adiectũ uideris . Nã cũ ſub tẽpore ꝑfecto/uel ſub ꝓlatione ꝑfecta fuerit/tertia tãtũ pars illi accedet.Q đ ſi tẽps imꝑfectũ/&ꝓlatio fuerit imꝑfecta/dicimus proculdubio/notę il'i ꝑ pũctũ eiuſmodi partẽ q̃titatis dimidiã adiici.

## ❡DE PVNCTO DIVISIONIS. CAP.XXIX.

d

Iuiſionis autem punctum eſt/ quod ſemibreuibus ĩ tempore perfecto interponitur. In prolatione autem perfecta inter minimas locatur/quod quidem quomodo fieri debeat/dicemus . Duæ ſemibreues in medio duarum breuium ſub tempore perfecto erunt/inter quas ſemibreues punctum locabit:cuius officiũ erit/illas diuidere ſemibreues/ita quidẽ ut altę

ra pcedēti breui/altera ſub ſequēti applicet. Simili modo i prola/tione pfecta ſi duę minimę iter duas ſemibreues fuerint/ ſic qdē ut ipſæ minimę pūctū iter ſe habeāt/altera qdē minima priori ſemibreui dabit/altera poſteriori. Pūctū uero huiuſmodi poſſe ēt impfectiōis dici rōe cōſtabit: Erit.n.perfecti cātilena tporis/q̄ ab una breui pricipiū auſpicabit/ duæ ſequent illā ſemibreues/ poſt illas altera breuis/proculdubio prior illa breuis pfecta erit. Secū/da ſemibreuis(ſicut añ docuimus)alterāda erit. Attamen/ſi pū ctū antedictū i medio ſemibreuiū fuerit/priori qdē breui pfectio nē adimet & dictę ſemibreui alterationē. Satis(ut arbitror)ex his cōſtare pōt/impfectionis etiam punctum poſſe iure nuncupari.

## ℭ DE PVNCTO AVGMENTATIOnis. Cap.xxx.

T Ertio loco reſtat/ut oſtēdā/qdnā ſit augmētationis punctū/& cur ita uocet. Pūctū igit hmōi eſt/qd apud maximā/& longā/apud breuē/ac ſemibreuē minimā/& ſemiminimā/chromā/ & ſemichromā ſub tpore ſolū impfecto ſtatui ſolet: Nā ſi forte in tpore ſit/ac prolatione pfecta dicet/queadmodū ſup oſtēdimus nō augmētatiōis pūctū/ſed pfectionis/qd ſi ſub ipfecto tpore id pūctū ſit augmētatiōis iure dicat/qa ſi maximę iūgat/ſi lōgę/ac breui/& ſemibreui cęteriſq; auget illas:& partem addit non tertiā:quod in tempore perfecto fieri diximus ſed dimidiā ſicuti ſupra mōſtrauimus. Ita quidem maxima treis ualebit longas:quæ duas tantum ualebat. Longa item totidem breues & reliquæ ſimile augmentum recipient.

## ℭ DE PAVSIS NVMERALIBVS. CAP.XXXI.

P Auſaq; quidē aliq̄/ſed nō plena mētio ſupra facta eſt:nā modū minorē pfectū/ ac impfectū per pauſas qdē diximus in fronte poſitas cātilenæ cognoſci in qua nō alius eſſet idex. Tales āt pauſas nouimus eſſe inumerabiles. Diximus etiā tps/ac platiōnē p pauſas quoq; pfectā mōſtrari. Quare ne forte putares/utraq; pauſas eiuſdē eſſe generis Modi quidē pauſas diximus eſſe innumerabiles/ tporis autē/ac prolationis perfectę numerabiles. Hæ āt poſteriores duos pariunt effectus/ſiqdē & prolationē perfectā demōſtrāt/& ſimul numerabiles ſūt: Nā

priores/ideſt modi pauſę numerabiles non ſunt/ac ſolo fungun tur indicandi officio. Verum quia de pauſis/quæ paſſim cantile/nis inſeruntur/diffuſius nũc agendũ/ diffiniẽdum qdẽ primum eſt/quid ſit pauſa. FLAM. pauſa/quemadmodum nomẽ ipſum indicat/quietem quandam/ac ceſſationem oſtẽdit/ ſiquidẽ para to pauomæ græco uerbo deducitur/ quod eſt quieſco/ac ceſſo. AARON. Ita quidem/ná nihil aliud in Cãtilenis pauſa nume ralis eſt/q̃ requies quædã ac reſpiratio uocis/atq; ceſſatio Cuius quidem forma eſt parua quædã linea/ uel uirgula/quæ ſecundũ ſuam dimẽſionẽ ſpatia & lineas occupat. Pauſaꝝ quidẽ octo ſũt ſpecies/ quæ ſingulæ nomẽ ab illis habent notis/quibus inhęrẽt ſiquidẽ eſt pauſa maximæ/longæ/breuis/ſemibreuis/minimę ſe miminimæ chromæ/& ſemichromæ. Quaꝝ quidẽ oĩum exem pla proponemus. Pauſa igiť/quã maximæ dicimus/treis lineas: & ſpatia occupat duo/& duæ ſunt uirgulæ. Pauſa longæ lineas totidẽ/ac ſpatia cõplectiť/Sed in hoc differt/ꝙ una tãtũ uirgula figurať. Breuis duas lineas/ & unum ĩteruallum capit & ſola itẽ uirgula eſt. Veꝝ/ne ſit opus toties repetere/pauſæ oẽs/ de qbus nunc agimus/præter maximam/ſimplici uirgula figurantur. Se mibreuis autem pauſa pendet quidem a ſuperiori linea/ & partẽ ſpectans inferiorem ad medium tantũmodo ſpatium deſcendit. Pauſa uero minimæ contraria illi ab inferiori linea ſurgens i me dium ſpatium errigitur. At ſemiminimæ pauſa nihil a minima differt/ niſi ꝙ ſemiminimæ cacumẽ obliquum in partem dextrã flectitur. Pauſis autem chromæ ac ſemichromæ tanta ineſt uelo citas/ut illis nõ ſit mos in cantilenis uti. Si quis tamẽ uti uoluerit ſic figurãda chromæ pauſa erit/ut nihil a pauſa ſemiminimæ dif ferat: niſi ꝙ hæc uſq; ad mediũ flexa/& intorta eſt: nam ſemimi/nimæ tantum ſummitas obliquatur. Semichromæ autem pauſa nihil a pauſa etiam chromæ differt/niſi ꝙ per medium ſecať ad exprimendam maiorem adhuc in ea uelocitatem/& ſimilẽ quã/dam ypſilon formam habet. Quod autem pauſæ huiuſmodi ſic obliquetur/nulla eſt alia cauſa/ niſi ut earum celeritas oſtendať. Quomodo autem & quantum ſit tacendum canenti/ quãdo in eas inciderit/declarabimus/ſi ordinem ſingularum/ac uim repe

tamus. Duæ igitur illæ uirgulæ: quæ pauſam maximæ faciunt: tot quidem ſemibreuibus pauſandæ ſunt/ſiue toties percutiēdæ quot ſemibreues in maxima cōtinebuntur. Ergo ſi maxima ſub tempore perfecto fuerit/quattuor temporum perfectorum quā/titatem ualebit: quæ quidem.xii. numero ſemibreues efficiunt. In tempore autem imperfecto octo ualebit ſemibreues/quia ſin gula imperfecta tēpora binis conſtant ſemibreuibus. Si uero lon ga fuerit/obſeruabis ſub quo ſit indice/ac tātum ceſſabis/ quan tum illam ualere intelliges. Idem tibi in cæteris ſeruandum erit. Sed ut apertior/atq; facilior fiat pauſarum cognitio/diſtingue/mus illas: atq; in cantilenis dimenſis/ ac non dimenſis quattuor eſſe pauſarum genera oſtendemus. Quare primū quidem ſcien dum eſt/in modulatione plana: ac nō dimenſa/quē firmum can tum appellant/quaſdam ſolere uirgulas fieri: quæ ſpatia omnia & lineas occupant. Virgulæ eiuſmodi: ſiue pauſæ officio tantum funguntur ſeparandi uerba/quæ in tali modulatione ſunt. Eæ autem ſeperationes per pauſas huiuſmodi iccirco fuerunt inſtitu tæ/ut qui canunt/queant reſpirare ſi uelint & paulum quieſcere. Sed cauendum eſt/ne talis reſpiratio fiat / ubi dictionem frangi oporteat/atq; diuelli ne uerborum ſenſus interrumpaẗ. Secun/da ſimilis pauſa: ſiue uirgula in cantilenis: quas menſurabiles di/cimus: reperitur: quæ terminum quidem: ac finem cātilene oſten dit & numerabilis non eſt. Hæc pauſa in fine cantilene ſemper: quandoq; etiam in medio ponitur. Inueniuntur etiam trium tem porum ſingulæ in cantilenis mēſurabilibus: quæ quattuor lineas occupant: ſpatia uero tria. Tales quidem pauſæ duplici officio funguntur: Si.n.in fronte fuerint cantilenæ: nec alius extiterit in/dex: modum maiorem indicabunt: ſi duę/tres ue fuerint. Quod ſi una tantum inueniatur: modum minorem perfectum indica/bit: ſicut in eruditis apparet compoſitionibus: Quę quidē pauſa ſi etiam in medio fuerit Cantilenæ: numerabilis erit: & modum minorem perfectum ſignificabit: & quælibet quantitatem trium perfectorum temporum ualebit: quæ numero nouem ſemibre/ues implent: Quod ſi eadem pauſa/uel plures in fronte fuerint Cantilenæ: ſitq; ibidem cum puncto: uel ſine puncto circulus:

aut ſemicirculus:alius ue index:tales pauſæ uim ſuam non obti/
nebunt:ideſt modum minorem perfectum non oſtendent: ſed
præcedenti ſeruient indici:tantumq́ ualebunt:ac numerabūtur:
quantam antecedenti indici uim ineſſe uideris.

## QVOMODO INDEX CONTRA INDICEM IDEST signū cōtra ſignū ut dicit cani debeat. Cap.xxxii.

Illud quoq; non tam cognitu pulchrum dicimus/ q̄ ne/
ceſſarium/ Collationem indicum in cātilenis principaliū
facere/atq; docere/ quod eſt(ſicut uulgo dicitur)ſignū
cōtra ſignum canere. Sunt.n.quidam/ qui cum ſint uel negligen
tes/uel in cauti/uel etiam imperiti/rationem canendi modulatio
nem eiuſmodi nō reperiant. Quenlibet igitur indicem indici op
ponemus/& quomodo cani oporteat/aperiemus/& collatis tali/
bus indicibus/quæ proportio naſcatur/oſtendemus. De quo qui
dem ueram / & apertam uniuquiſq; in tali re cognitionem aſſe/
qui poterit. Ac primum quidem uidebimus/quonā pacto index
perfecti temporis/ ac prolationis perfectę contra ſemicirculum
habentem punctum cani debeat: Erit.n.cantilena/in cuius initio
uel medio index circuli punctum habentis in medio erit. Eius te
nor/uel pars alia/prout componenti libuerit/ſemicirculum etiā
cum puncto habebit. Quælibet pars in menſura quidem ęqua/
lis erit/ideſt pro qualibet percuſſione minima una cātabit̃ ſerua/
tis in quolibet ſigno perfectionibus/quę cōuenient/ ſic qdem:ut
alterationes quoq; debitæ fiant. Itē ſi fiat cātilena / quæ cantum
habeat/cui ſit index cū puncto circulus/& tenor circulū ſine pū
cto habeat/talis indicum nō erit ęqualis collatio/& illę/qui circu
lū cū puncto habebit/ſuam quanlibet minimam canet in percuſ
ſione unius ſemibreuis earum:quę ſubcirculo fuerint nullū pon
ctum habente:& quadrupla gignetur proportio cantum per mi
nimas tenori cōparādo. Sed p ſemibreues cōparando:proportio
quidē ſub tripla generabit̃. Huius rei cauſa eſt breuium/ac ſemi/
breuiū pfectio/q̄ ſub indice circuli cū pūcto cōtingit hoc pacto.
Si tres ſemibreues ex illis/quæ ſub circulo cū pūcto ſunt/cōparē
tur tribus ex illis/q̄ ſub circulo ſine pūcto ſūt:tres illę circuli cum

puncto ſemibreues nouē quidē minimas ualent. Cum ergo quæ libet minima circuli cum puncto canenda ſit pro qualibet ſemi/ breui eius circuli/q ſine puncto eſt/fiūt qdē ſemibreues numero nouē ſed re ipſa ideſt figura tres ſemibreues efficiuntur nouē illę minimę. Qñ igiť ille/q p circulū ſine pūcto canit/nouē ſemibre ues cecinerit/cōtra ille q circulū cū pūcto habebit/ nouē tantū/ modo minimas cecinerit/q̄ qdē (ut dixi) tres ſemibreues efficiūt quia q̄libet ſemibreuis treis ualet minimas. Ergo/ſi tribus cōpa/ renť nouē/tripla proportio naſciť/ſiue ſub tripla prout compara tionē a maiori numero ad minorē/ uel a minori ad maiorē feceris quēadmodū plenius in capite/quo de proportionibus tractabi/ mus diceť. Præterea cātilenā inuenies/in qua cātus ſemicirculū habebit ſectū/tenor āt indicē habebit cū puncto circulū. In teno re qdē quælibet minima pro qualibet breui caneť eaꝝ/ q̄ in cātu erūt. Et ex tali cōparatione/ſub quadrupla proportio proculdu bio generabiť. Vt āt hoc fiat aptius/ſi minimā tenoris añdicti cū breui eiuſdē tenoris cōparaueris/ breuis illa quattuor ualebit mi nimas. Ergo ſi unius ad q̄ttuor fiet cōparatio illa/quam dixi/ſub quadrupla proportio gigneť/ qa facta unius ad quattuor Com/ paratio proportionem eiuſmodi generat. Illud autem ſciendum eſt/qñ hac præpoſitione ſub ſic utimur/dicimuſq; ſub duplā uel ſub triplā/uel quadruplā minorem numerum maiori tunc com parari ut cum dico unum ad duo/unum ad tria. Sic duo ad tria: tria ad quattuor: & ſic de cæteris intelligendum eſt. Cum uero contra maiorem numerum minori comparamus/ſub quidem non diciť/ſicut in proportionibus ſuo loco dicemus. Si tenor cir culum cum puncto habuerit / Cantus autem ſine puncto ſemi/ circulum/quęlibet eius tenoris minima unam ualebit ſemibre/ uem earum/quæ in dicto Cantu erunt. Si uero Tenor ſemicir/ culum cum puncto habuerit/Cantus autem circulum ſine pun/ cto/quælibet tenoris minima contra quanlibet cantus ſemibre/ uem cantabitur. Si tenor cum circulo fuerit punctum non habē/ ti/Cantus āt cum ſemicirculo etiam ſine pūcto fuerit/ cōparatio eiuſmodi in pcuſſione qdē erit ęq̄lis/ ſed nō in quātitate/qa bre/ ues ſub añdicto circulo treis ualeāt ſemibreues: q̄ uero ſub ſemi/ circulo ſť/duas tātūmodo. Quaqdē in re duplex erit differētia:

Altera ꝙ in circulo tempus eſt perfectum/in ſemicirculo imper fectum. Altera ſemibreuium in dicto circulo alteratarum: quod in ſemicirculo ſine puncto non accidit. Hic quidem ſi compara/ tio ſemibreuium ad ſemibreues fiat/proportio fiet æqualitatis. Sin uero breuium ad breues/ non ita erit. Exemplum/ quo res fiat dillucidior apponam. Si tres breues antedicti circuli duabus ſemicirculi breuibus comparentur: fiet quidem proportio: quæ dupla ſequiquarta dicitur: quia tres prædicti circuli breues perfe ctæ nouem ſemibreues ualent. Duæ uero illæ ſemicirculi quat/ tuor tantum. Ergo nouem ſemibreues contra quattuor propor tionem:quam dixi:duplam ſeſquiquartam faciunt. Si tenor cum circulo ſine puncto fuerit:Cantus autem cum ſemicirculo ſecto: ſemibreues tenoris eo modo canentur:quo breues:quę in cantu erũt. Ex hoc autem ſub dupla proportio naſcetur:Nam ſi duas ſemibreues uni comparaueris/proculdubio duplam feceris pro/ portionem. Si uero unam duabus ſubduplam. His tot exemplis comparationem Tenoris ad cãtum fecimus. Sed cantus quoqꝫ ad Tenorem eodẽ modo ad reliquas parteis fieri poteſt. Si Te/ nor fuerit cum ſemicirculo non ſecto/ac ſine puncto Cantus au tem cum ſemicirculo ſecto/quælibet Tenoris ipſius ſemibreuis eiuſdem quantitatis erit/cuius una quæqꝫ in cantu breuis. Ex qua quidem comparatione fiet eadem dupla/ & ſubdupla pro/ portio. Quod ſi tenor ſemicirculum habuerit ſectum Cantus uero circulum/ Breues tenoris ſemibreuibus/quæ in cantu erũt æquabuntur/& eadem proportio excitabitur. Si autem ſemicir/ culum tenor habuerit ſectum/& iuxta ſe notam/z/quę in nume ris duo ſignificat: Cantus autem ſemicirculum tantũmodo ſe/ ctum/ex hoc quoqꝫ eadem dupla proportio naſcetur ꝗa breues tenoris ſemibreuibus/quæ in cantu erunt/pares in tempore fiet. Si tenor ſemicirculum ſine puncto/& non ſectum habuerit:Cã/ tus autem ſine puncto circulum/unaquæqꝫ tenoris nota/& Can tus pari menſura canetur. Attamen qui cantum eiuſmodi cecine rit/in perfectione/quæ contingit breuibus/& in alteratione ſemi breuium (ſicut ſupra monuimus) cautũ eſſe oportebit/ Neqꝫ.n. in alia re differt. Hæc igiť æqualitatis proportio ueniet cõparãdo ſemibreues ſemibreuibus/ non autem breues breuibus/quia

(ſicut ante diximus)non ueniet æqualis inde proportio/ ſed du pla ſeſquiquarta. Si tenor circulum ſectum habuerit:Cantus aūt integrum/ hoc eſt non ſectum/ nulla tunc erit in menſura partis utriuſq; diuerſitas ſiquidem tenoris & Cātus notæ idē ualebūt: ſub talibus.n.indicibus æquales ſunt.illa tantūmodo pars/ quæ circulum ſectum habebit/ ſuas notas dimidio citius canet. Erit ēt Tenor aut Cantus cum ſemicirculo iuxta ſe habente notam/z/ quam ſupra dixi duo in numeris ſignificare/ Altera uero pars ſe micirculum ſectum habebit. Igitur cum duo hi canuntur indices proportionem habent ſimilem. Tenorem quoq; aliquādo inue/ nies/ aut Cantum/qui Circulū ſine puncto habeat/cum quo ſi/ mul nota erit illa numeralis/quam modo dixi. Altera uero pars ſectum ſemicirculum Hi duo quidem indices canendo non dif/ ferunt/differunt tamen in quantitate notarum/ ſicuti ſupra mon ſtratum eſt/quia ſub circulo qui talen iuxta ſe numeralem no/ tam habet / longæ ſimiles ſimilibus duorum menſuram perfe/ ctorum temporum complent/& breues alterantur. Et hæc ſola eſt duorum prædictorum indicum differentia. Quidam ſunt ēt Compoſitores qui duplam proportionem i ſuis Cantilenis per antedictam numeralem notam ſignificari ac intelligi uelint/ubi cum pars Cantilenæ per ſemicirculum ſectum cantata fuerit/ di cta numeralis nota ſe ſe offert quam cum inueneris/uolunt/ut quælibet nota dimidio minus ualeat/ideſt ut/quæ ſunt longæ fi ant breues/ breues autem ſemibreues. Semibreues item minima rum uicem gerant/ & ſic de cæteris intelligi uolunt. Qua quidē in re diuerſam nos ſententiam habemus/ Neq;.n.ęquū eſſe aut concedendum arbitramur/ut numeralis illa nota/z/per ſe qui/ dem ſola duplam proportionem poſſit oſtendere quia nulla pro portio abſq; ſecundo ſuo termino(ſicut ſuo loco dicemus)diffi/ nitionem implere ſuam poteſt. Exemplum eiuſmodi Cantilenę proponam. Compoſitor quiſpiam mente iam conceperit / ut in ſua Cantilena binæ notæ aduerſus ſingulas canantur/ quidem erit rudis:ac nouus Cantor/qui nō ſtatim/ac ex tempore quiue/ rit ſcire/ quænam fuerit prima canentis intentio/ Nam cum ipſe Compoſitor duas notas contra unam cani uoluerit / duas forte cōtra tres/aut duas cōtra ſex canet. Quare ad tollendam huiuſ/

modi ambiguitatem/ac dubitationem poſt notã illam numeralẽ quam diximus/addenda erit i littera/quæ in nnmeris unũ ſigni/ficat/ꝗ docebit/duas cõtra unã cani debere. Hoc idẽ alia quoqꝫ ratione apertum fiet/ideſt ſi iuxta litterã numeralem z ſemicircu lum ſectum appoſueris. Verum ne ſim lõgior/ſi tot monitis/quę iam explicata ſunt/unum addidero ſũme neceſſarium/atqꝫ per/utile/finem his faciam. Cuius quidem (ut manifeſtius fiat) exem plum proponam. Clari compoſitores in maioribus Cãtilenis/il/las dico/quas uocant in ſacris modulationibus miſſas/ſemicircu lo utuntur in contrarium uerſo/cuius duplex quidẽ ſignificatio eſt/ſiquidem aliquando proportionem indicat duplã/ aliquãdo ſeſquitertiam. Quod ut queas dignoſcere diligẽter aduerte/pri/mum quidem ſub quo indice modulatio ipſa initio ſui cantetur: Nam ſi forte in illius fronte indicem perfecti temporis offende/ris/& paulopoſt incideris in indicẽ ſemicirculi in cõtrarium uerſi ſcito haud dubie proportionẽ eſſe ſeſquitertiam/ideſt canendas eſſe quattuor ſemibreueis loco/ac uice triũ/ſicut in doctis & ue/teribus Cantilenis eſt uidere. Tales quidem compoſitores ea ra tione mouentur/quia breues in tempore perfecto treis ualent ſe mibreues/uolunt/ut quattuor comparẽtur tribus ob numerum ternarium/qui ꝗdem in dicto tẽpore eſt/ Nam ſi dupla propor/tio fieret/ſicuti oſtendam/ ternarius in tempore perfecto nume/rus nõ eſſet ſi quattuor ſemibreues duabus cõpararent̃. Quare quoties antedictũ ſemicirculũ inuerſum eo modo/quo diximus ſub tempore perfecto inueneris/ſcito quattuor ſemibreues con tra treis eſſe canendas. Altera ſignificatio eiuſdem ſemicirculi/ſic inuerſi eſt/ꝙ ubi illum ſub impfecto tp̃ore ſectũ inueneris ibi proculdubio duplã faciet eſſe proportionẽ/ideſt lõgã pro breui breuẽ pro ſemibreui ſemibreuem pro minima/& ſimili modo re liquas eſſe canendas/Cuius quidẽ rei exẽplum idoneũ habes in miſſa/quæ lhomarme inſcribitur/Ioſqni in fine Patrẽ oĩpotentẽ ubi antedictus ſemicirculus ita ĩ cõtrarium uerſus duplã propor tionem facit/ & ubi ꝗlibet nota dimidio minor ſua quantitate in uenit̃/& hæc cauſa quidẽ eſt/ꝙ idẽ Ioſqnus ſemicirculũ ſectum: qđ tẽpus impfectũ dicimus/appoſuit. Multa poterãt in hãc ſen/tentiam dici/ſed quia utiliora iam/& magis neceſſaria non ꝑteri/

uimus/per q̃ diligẽs/ac ſtudioſus lector ẽt alioꝝ poterit cognitio nẽ aſſeq/cũ alia adhuc multa dicenda reſtent/his finẽ faciemus.

## ℂ DE TONI DIVIſione pulcherrima cognitu. Cap.xxxiii.

p Riuſq̃ huic ſecundo uolumini finem imponam non ab re puto rem cognitu pulcherrimam/quæ quidem eſt de Toni diuiſione ſubiungere. Et nodus quidẽ eſt uindice dignus/queadmodũ ex iis/q̃ dicturi ſũmus/facile cõſtabit. Non defuere multi/q tonũ qdẽ in partes diuidi æquales poſſe putaue rint/ſed falſa docti opinione decepti ſunt/quãq̃ iis quidẽ uis ipſa uocabuli adſtipulari uidet/ſiqdẽ ſemitoniũ prima frõte dimidiũ tonũ ſignificare uidet. Veꝝ ſeculeſt/Nã tametſi tonus i parteis duas diuiditur/non ſunt tã il'ę qdem ęquales/qm̃ pars poſterior nno cõmate ꝓductior eſt. Aequalis ergo diuiſio nullo modo eſſe põt/tũ qa tonus/ut añ diximus i particulas nouẽ/q̃ gręce cõma ta dicũtur/diuidi oſtẽdimus/tũ ꝙ in ſeſqoctaua proportione to/nus formatur. Eſt autẽ ſeſqoctaua proprortio/q̃ numeros nouẽ cõplexa eſt:in qua unũ ad octo reducunt.Q đ aũt ibi Tonus cõ ſlet facile apparebit in monachordo uel ſi lyræ/aut cytarę chor dã in nouẽ parteis æquales diuiſeris/ Nã ſi ſic extẽtã pulſaueris: ſonũ quidẽ ut notæ cõtinuo reddet/ſed ſi nonã illi particulã dẽ/pſeris ponendo cultrũ aut aliqd tale eo in loco ubi octaua pars terminabit/de VT uidebis RE fieri quæ ratio Tonũ(uti dixi/mus)ibi formari aperte indicat. Quod uero diuidi ęqualiter nõ poſſit/ratione ducimur Nam cum ex nona particula ad octauã reducta tonũ generari oſtenderimus ut appareat diuiſionẽ fieri ęqlẽ nõ poſſe octo ad nouẽ reducenda erunt.Ergo bis octo.xvi. Nouẽ autẽ duplicata.xviii.redũt.Inter.xvi.&.xviii.uidẽdũ eſt/q numerus intercedat.xvii.eſſe manifeſtũ eſt quẽ ſane numeꝝ ęq̃/liter proculdubio partiri nõ poteris.Multiplica numeros/idẽ re/pies.bis qdẽ ſexdeci.xxxii.faciũt.x.uero/&.viii.duplicata.xxxvi. fiũt Inter.xxxii.&.xxxvi.tria qdẽ inſunt/q̃ cũ ſint imparia æqs portionibus nequaquã diuidi poſſunt. Vides igitur ex his oĩbus non modo qđ ſit tonus/unde naſcat/& quæ ſit eius diuiſio ueꝝ etiam quibus mi Flamini rationibus panum fecerimus/eos erra re/qui in pares diſtrahi partes illum poſſe putauerint.

# ¶ PETRI AARON FLORENTINI HARMONICAE INSTITVTIONIS AD MAGNIFICVM EQVITEM AC IVRIS PERIT. HIERONYMVM S. PETRVM LIBER TERTIVS. IO. ANTONIO FLAM. FOROCORNELIENSI INTERPRETE.

FLAMINIVS

n ON POSSEM MI AARON VERBIS aſſequi/quanta te de hiſce rebus differentem uoluptate audierim. Putabam equidem/fore magna quæ dicturus eſſes/quia te clarum in arte muſica ſemper audieram/& diu quidẽ expertus ſum/ Verum longe maiora mihi uidentur/q̃ uel ipſe/ uel opinione conceperam. Quę quidem adeo iam creuere/ut neſciam/an credere debeam/iis te poſſe maiora ſubiungere. Quam uaria dii boni q̃ multiplex/q̃ exuberans materia ſe ſe diffudit/ quãta eruditione: ac ſuauitate pollens/q̃ luculẽta/q̃ diues/& florida/ ut mirari nõ deſinam/ſed ſatis non poſſim/cum repeto/ quæ iam dicta ſunt omnia/ꝓꝗ reſtare adhuc plurima mihi ſæpe iam dixeris/ quęquidem (ſicut ego ex antedictis coniecturã facio) multo adhuc præſtãtiora ſe inferent. AARON. Gratulor noſtris laboribus/atq; uigiliis mi Flamini/& muſicę ſimul ſtudioſis/ quando hęc tibi talia uidẽtur/ut tantã tibi & uoluptatem/ & admirationem pariter ingenerent. Sed multo magis poſtmodum mirabere/cum illa dictauero/quę nunc mente uoluto/tanta quidem/illa/& tam ſcitu pręclara/atq; iucunda/ ut me quoq; admiratio quędam ex illoꝝ conſyderatioue teneat/& ad ea proſequenda cotidie magis inflãmer. Creſcet opus/uideo/& multo quidem/ q̃ initio putarã/uberius fiet/& copioſius/ Neq; te (quantum coniicio) labor iſte grauabit/aut tædiũ ac ſacietatẽ prolixitas affert. FLAMINIVS. Ego mi Aaron talem (ni fallor) me tibi hactenus pręſtiti/ ſic hilarem operam exhibui/ut ſuſpicari minime debeas/ ne aut moleſtiã mihi labor hic pariat/aut tędiũ ex prolixitate ſacietas/quæ quidem nulla prorſus animum ſubire poteſt. Quin me iã quidã

capit mœror/ꝙ ad finem properare te uideo / ac tertium adeſſe iam librum/q(ſicut initio declaraſti) ultimus operis futurus eſt. AARON.Gaudeo plurimum Flamini:me nactũ eſſe te talẽ qui tãta hilaritate animi ac facilitate dictata excipias. Quę res fecit/ut creuerit mihi cotidie magis animus / & multo diligẽtior in excogitando fuerim. Sed ne te perturbet/ꝙ ad finẽ properet/tã grandis tamq́ fœcunda materia. Properat quidem/ſed lõgę adhuc abeſt a meta/ſiquidem in hoc tertium uolumen tot / ac tãta congeſturi ſumus/ut pene duo pręcedentia uolumina amplitu/dine ſua ęquaturum putem.Illud quidem affirmare poſſum/magnitudine rerum / & claritate dicendarum longe ſuperaturum Nã & de contrapuncto hic plenius/atq́ diffuſius tracturi ſumus & omnia/quę ad rationẽ componendæ cuiuſlibet cantilenę per/tinere putabimus/quanto id fieri poterit ſtudio: & diligentia ex/plicabimus.Et/quanq̃ ſuperiore libro non nulla/ quæ ad contra puncti diffinitionem facere mihi uiſa ſunt dixerim / quia tamen artem hoc ipſam uolumine tractamus uberius/ quædam adhuc non inuiti/nec ab re ad pleniorem illius cognitionem pertinẽtia: Nec non genera ſimul/in quæ diſtinguitur/ſubiiciemus.

## DE CONTRAPVNCTO ET EIVS GENERIBVS. CAPVT.I.

e St igitur contrapunctum(ut pleriq́ difficiunt)ſimplex cantus/Cuius uoces duplicari/triplicari/ & quadruplicari componentis arbitrio queunt/ſiue(ut nobis rectius uidetur/ac uerius)Cõtrapunctum eſt per duplicationem/triplica/tionem/ & quadruplicationem uocum arbitrio cõponẽtis ducta & concinata uarietas.Eius genera ſunt duo/quorum alterũ ſim/plex.Diminutum alterum uocamus. Simplex eſt/quando nota notę tantum opponitur/atq; reſpondet. Diminutum uero/quã/do nõ unam ſed plures uni quidem notę per multiplicationem: quam diminutionem dicimus:opponi uidemus.Contrapũctum ſic uulgo dicitur/ꝙ notæ ipſæ notis tanq̃ puncta quædam pun/ctis obiiciuntur.

## DE DIVISIONE CONSONAntiarum.Cap.ii.

c Onſonantias nunc in unum colligemus: ac diuidemus & tanq̃ ad cantilenæ ſtructuram neceſſaria præparabimus: De qua re poſtmodũ dicturi ſumus: quaſquidẽ ſic diuidimus: ut hæ ſimplices. Illæ compoſitæ. Replicatę uero dicatur reliquæ. Et ſimplex eſt uniſonus: qui quidem improprie conſonantia dicitur: ſiquidem conſonantia: ut ipſum nomen indicat proprie ex duabus/ uel pluribus conſtat uocibus. Ideo tamen inter conſonantias numeramus: quia baſis quędam/ & quaſi elemẽtum: ſiue principium eſt cõſonantiarum: ſicut in numeris unum. Sequitur Tertia maior: qui eſt Ditonus: de quo ante dictum eſt. Tertia minor/ qui eſt ſemiditonus. Diateſſaron: quæ eſt quarta. Diapente quæ dicitur quinta. Hexachordon/ ſiue ſexta. Heptachordon/ quæ eſt ſeptima.

## ❡DE CONSONANTIIS perfectis & impfectis. Cap. III.

e X his conſonantiis aliæ perfectæ/ imperfectæ alię dicũtur. Perfectę q̃dẽ tres ſunt/ Monachordõ: ſiue uniſonus Diapẽte .i. Quinta. Diapaſon/ ideſt Octaua. Impfectæ ſũt duę Tertia maior/ ſiue Ditonus: Et ſexta/ ſiue Hexachordõ.

## ❡DE DISSONANTIIS. CAPVT. IIII.

d Iſonantiæ tres ſunt: Secunda: Quarta: & Septima.

## ❡DE CONSONANTIIS COMPOSITIS. CAP. V.

c Ompoſitæ cõſonãtiæ a ſimplicibus originẽ trahũt. Sũt ãt omnino q̃nq; q̃bus in cõtrapũcto uti mos eſt/ ſcilicet Octaua. Decima. Vndecima. Duodecima. Tertiadecima. Nã quartadecima ẽ diſſonãtia: eſt.n. duplicatũ heptachordõ Igiť de tertia maiori octauę iuncta decima fit maior. Minor uero decima ſi tertiã octauę minorẽ addideris. Si diapaſon iũxeris cũ diateſſarõ/ hoc ẽ quartã eidẽ octauę/ undecimã facies. Si diapẽte Duodecimã. Si Hexacordon/ ſiue ſextã decima tertia cõſtitueť. Quinta decima ex duplicato Diapaſon/ Nam nihil eſt aliud Decima quinta/ q̃ duplicata octaua.

## ❡DE CONSONANTIIS REPLICATIS. CAP. VI.

Decima qnta uſq; ad uigeſimã ſecũdã/& ſic ẽt ĩ infinitũ
a ſi cani poſſent:oẽs cõſonãtię replicatę:ſeu repetitę nũcu
panť/q̃ qdẽ a decimaqnta adiectis minoribus numeris
propaganť/ſicut ab octaua uſq; ad qntãdecimã procreari oſtẽdi
mus/nã ſi decimeqntæ tertiã maiorẽ/uel minorẽ adieceris ſepti/
mãdecimã:uel maiorẽ uel minorẽ facies. Si diateſſaron/decimã
octauam.Si autem diapente decimamnonam. Quod ſi Hexa/
chordon illi coniunxeris uigeſimam pariet. Si Heptachordon
primã & uigeſimã. De triplicato diapaſon uigeſimam ſecũdam
naſci uidebis. Vltra non facile tolli humana uox poteſt.

## ℭDE MODO COMPO.PRAEFATIO. CAP.VII.

Ctenus Fa cõplexi ſumus/ quę ad generalẽ quãdã artis
a huiuſce cognitionẽ ptinere putauim⁹:& ea tractauimus
q̃ magis cognitu neceſſaria uidebanť.Quę ſiqs diligẽti
trutina põderet/atq; ppẽdat/facile ĩtelliget/aditũ ſibi ad ea:q̃ re/
ſtãt cognoſcẽda patere nõ difficilẽ: nãq; ea qdẽ artis pcepta tãta
(ni fallimur)diligẽtia/& facilitate orõnis:& claritate tradim⁹/ut
qcũq; illa diligẽter ĩbiberit:ñ dubitemus/breui poſſe multũ in ar
te pficere. Sed qa nõ ſatis eſſe putamus/mã ʒ:& q̃ſi artis ipſius in
ſtrumẽta/qbus muſicę fabrica extrui poſſit/oñdere: niſi more di
ligẽtis architecti rõnẽ quoq; tradiderimus ædificãdi/ ea nũc pce
pta daturi ſumus/qbus qdẽ(ſi ea fuerit pcepta/q̃ añ docuimus)
facile cõdi q̃libet modulatio poſſit. Et quanq̃(ſicut añ dixi)haud
me pterit/nõ defuturos/q mirenť & ęgere ferãt/ cõuiciis ẽt ĩ nos
ĩuehãť/q artis penetralia ſic apta oĩbꝫ:& expoſita fecerimus:ut
cuilibꝫ uolẽti faciliſ qdẽ futur⁹ ad ea ſit adit⁹:attñ diuerſa nos rõe
ducti cœleſte hoc munus:& q̃ſi talẽtũ(ut eſt ĩ euãgelio)nobis ab
oĩpotẽti deo ñ auare:neq;(ut arbitramur)parce collatũ defodiẽ
dũ & occultãdũ nõ putauim⁹:quoꝝdã more: q adeo nẽ inuidẽt:
ut/q̃ ipſi nouerit/cęteros ignoraŕ:&/ſi fieri poſſet:ẽt ſecũ interire
uelẽt. Quare nos ex philoſophi ſnĩa ſatis intelligẽtes/bonũ qdli
bet tãto maius/ac melius eſſe/q̃to ſit cõicabilius:cõi ſtudẽtes uti
litati:& pſianę illius ſnĩę memores. Scire tuũ nihil eſt: niſi te ſcire
hoc ſciat alter:diuinã erga nos liberalitatẽ imitati/qcqd ad artẽ p
noſcẽdã neceſſariũ putabimus:in mediũ proferemus. Nunc igiť

de modis componẽdi/deq; locis ad conficiendam modulationẽ ſecundum naturalem ordinẽ neceſſariis/non modo ſecundum morem ueterum/ſed etiam ſecundum præſentis ſæculi conſue/tudinem præcepta trademus/quibus quidem tantum ſtudium adhibebimus/ Flaminius uero nitorẽ ſermonis/& claritatem/ut ſtudioſus artis huiuſce/qui ea diligenter legerit/ & memoriæ cõ/mendauerit/nihil ultra ſibi quærendum putet.

¶DE QVATTuor modulationibus partibus.Cap.viii.

P Rimum igitur illud admonemus in quattuor parteis abſolutam diuidi modulationem/quas nos quoq;/ ut apertiora fiant omnia/uocabulis appelabimus/ quibus præ/ſens utitur ætas.Eæ autem ſunt.Cãtus.Tenor.Baſſus.& Altus de quibus quidem ſingulis/ac de iis quæ ad illarum cognitiõem atq; ſtructuram pertinent/ſuo quidem ordine dicemus.

¶VSQVE AD QVEM NVMERVM PARTIVM CANTILENA COMponi & quomodo poſſit.Cap.ix.

S Cio non deeſſe/qui arbitrentur cãtilenam ad duodecim & quattuordecim partes/ac ultra poſſe propagari. Poſ/ſunt quidẽ/ſed nequaq̃ adhibitis ligaminibus ad ipſam compoſitionem pertinẽtibus.Hoc autem ideo accidit/ quia nec humana uox/ nec inſtrumentalis poteſt illa pronunciare. Sicuti facile poteris experiendo uidere.Non.n.ad tãtam uocis depreſ/ſionem/aut ellationem/hoc eſt profunditatem/uel altitudinem: quanta dictis ligaminibus neceſſaria eſt/deſcendi põt/uel aſcendi.Oportet.n.uoces illas omneis eſſe diuerſimode ligatas/ſi pariter/ac eodem momento temporis pronunciandæ ſunt/ quæ ſic quidem nullo pacto pronunciari queunt. Poterit quidem cõpo/ſitio ad arbitrium componentis numero partium pluriman; au/geri/ſi plureis uniſonos/& pauſarum moras/ac dillationes adhi/buerit/uerum eiuſmodi compoſitio nõ duodecim/ aut quattuordecim/uel plurium eſſe partium dici / ſed uel octo uel nouem tantũmodo/aut forſan paucioꝶ poterit.Quam quidem nume/roſitatem/& quaſi luxuriantem uocũ exuberãtiã minime laudo

in qua nihil præter laborem/ & artificium probari poſſit. Sed/ q̃a fortaſſe quiſpiam deſyderat noſſe/ ad quantum numerũ uocum poſſit componi/ ac pronunciari/ & quomodo id fieri debeat/ pro poſitis exemplis aperiemus. Scito igitur/ cãtilenam poſſe q̃dem ad partes duodecim/ & non amplius propagari/ nõ.n.ultra eum numeꝝ uox humana/ inſtrumentaliſue poteſt extendi. Quæ tñ cantilena erit incommoda/ niſi uoces canentium admodum de/ preſſas/ & acutas fuerit nacta/ quæ quidem licet inueniri queant: attamen duræ ſunt potius/ & inſuaues auribus/ q̃ gratæ. Sed in undecim partibus multo gratior fiet cõcentus. In hac autẽ cõpo ſitione hoc potius modo/ q̃ illo ligando accidere quidem poterit ut aliquando partes deficiant/ nonnunq̃ exuberent/ ſicut exem/ plo poſtmodum oſtendam. At primum quidem illud monebo: cum plures quidem cantus/ ac Tenores/ Baſſos/ & Altos in tan to partium numero facere poſſis/ non erit neceſſe/ uel hunc/ uel illum appellare primum cantũ uel tenorem/ Baſſum uel Altum Hoc.n.componenti liberum fit. Illud quoq; memineris/ fore/ ut in talibus ligaminibus undecimæ plures/ ac decimęterriæ cõtin/ gant. Igitur/ ubi primum cantum inchoare uolueris: cautum eſſe te oportebit.i.in partibus acutioribus principiũ auſpicari/ ut par/ tes graues queant in locis ordinariis conſtitui abſq; linearum ac/ cidentalium additione. Vt igitur exemplo/ quod me propoſitu/ rum dixi/ planum hoc fiat/ primum quidẽ cantũ in C ſol fa exor diemur/ & duos proponemus locos/ in quibus uidebimus/ quot partes ſeruari queant/ Et primo quidẽ modo ſecundam partem infra per tertiam comitabimur/ ſecundo autem modo ꝑ quartã. Igitur/ ſi per tertiam ſociabis: Tertia quidem pars cantui ſubeſſe debebit in quinta/ quarta uero ſub dicto cantu in octaua quæ in C ſol fa ut erit. At pars quinta in A la mi re/ quæ decima cantui conſonabit. Sexta in F fa ut graui/ quę cum dicto cantu duode/ cima continget. Septima in C fa ut/ quæ cum cantu decimaq̃n/ ta fiet. Octaua in A re/ quæ cum ipſo cantu decimaſeptima eue/ niet. Nona uero primo quidem in loco ſub Gãma ut: eritq; cum cantu uigeſimanona. Quibus quidem ligaminibns non erit in/ ferius deſcendendum propter locos accidentales: qui q̃dem ſub ſequendo inferius reperientur/ & ob difficultatem/ quæ canent

gigneretur. Ergo ex huiuſmodi compoſitione nouem partes cõtingunt. Duas etiam poteris (ſi uoles) addere: ut fiant undecim: Nam decimam partẽ facies / ſi tetrachordon adiecetis ſupra cantum: quẽ in C ſol fa iã cõſtituimus: quod quidẽ tetrachordon ſupra E la: id eſt extra naturalem manum eſt: fie q; cũ baſſo inferiori conſonantia: quæ triplicatum Diapaſon cõplectit / & uigeſima ſecũda dicit. Vltima uero pars: hoc eſt undecima ſupra dictũ primum cantum locabit per Hexachordon: quod extra manũ ordinariã poſitum in ſecũda eſt diateſſaron ſpecie id eſt Mi la: & cũ ultimo quidẽ baſſo p uigeſimã quartã: quæ qdem ex tertia & decima naſcitur. Habes primum quidem modum: per quem oſtenditur: quantum commode uox humana progredi poſſit.

## ❡ VNDE / ETIAM SECVNDVM VETERES / INCHOANDA SIT MOdulatio & ubi terminãda. Cap. x.

m Odulatio quidem ſecundum ueterum morem: & inſtitutionem primum quidẽ a cantu inchoãda eſt. Subſeq tenor debet. Tertio loco Baſſus. Quarto demum / q dicit Altus. Sed qa ſæpenumero accidit: ut partes hẽ quattuor i qnq;: in ſex etiam augeant: Nam tenor: aut pars alia geminari ſolet: id cum fiet: liberum componenti eſt: poſtq̃ ſua prædictis ordinariis partibus aſſignauerit loca: reliquas / ut ipſi cõmodius uidebit / & melius: atq; uti libuerit / diſponere. Noſtri tamen temporis compoſitores facile deprehenduntur: hanc non ſeruare ueterum cõſuetudinem: ut partes / quas diximus: quattuor tali ſemp ordine concinnent: quod nos quoq; crebro facimus: ſummos in arte uiros imitati præcipuæ uero Ioſquinum. Obret. Iſaac. & Agricolã: quibus cum mihi Florentiæ familiaritas: & conſuetudo ſumma fuit. Quod nos quidem in tãtum probamus: ut affirmemus / ea ratione modulationem ipſam fieri concinniorem. Verum / quoniam ita facere difficilis admodum res eſt: & longo uſu & exercitatione indiget / ueterum morem & ordinem: quo ſit facilior ad componendum uia / ſequemur.

## ❡ QVOMODO INCHOANDA SIT MODVLATIO: AC TERMINANDA. CAPVT. XI.

I Llud in primis diligenter memoria tenendum eſt: dādā enixe operam:ut grato principio in coheř modulatio:& gratiori fine termineť. Alteꝝ.n. ad cōciliandū maxime audiētium attētionē ualet: Alteꝝ/ut ea:q̄ iā pręterierint/iucūdo fine claudanť. Vt aūt hoc aſſequi poſſimus/a conſonantiis perfectis inchoandū erit/ac in eas diligētius deſinēdū. Ita tñ hāc legē pręſcribimus: ut non ſit neceſſe principiis pfectas ſemp eas affigere:Id.n.arbitrio cōponētis pfectis uti uel impfectis relinqmus: attamen/quod melius arbitramur:atq; decētius eſt:admonemus quia:ſcimus/quātū principiis q̄libet in re momētū inſit.FLAM. Hin fit:ut nō imerito dixerit Ariſtoteles archi gar to imiſi pātos ideſt principium dimidiū totius.Vnde & illud in prouerbiū manauit:quod tamē de Horatio ſumptum eſt: Dimidium facti qui cœpit habet. Veꝝ/queādmodū nō negamus/principiū eſſe cōpoſitori libeꝝ:ſic finē ipſum nō niſi perfecta cōſonantia claudendum aſſerimus:ac terminandū:Nā/& ſi magnū ineſſe principiis momētum diximus:attamen in iis præcipue: quę ad ſenſum aurium ptinēt/multo maius ineſſe fini uidemus. Quid.n.proderit bñ inchoaſſe/ſi male deſieris: Nā/queādmodū ſi cibis palatum ſuauibus iam demulſeris:ultimo aūt loco amari aliqd/aut inſipidi forte immiſeris/oīs repēte illa:quæ præceſſit gratia:& ſuauitas fugať:ac tollitur.Ita quæ iam prętinueris quanq̄ auditu maxime iucunda/omnem cōtinuo gratiam & uenuſtatem exuere/ac perdere ſolent:niſi grato fine claudanť.Et profecto nihil eſt: quod ſenſibus magis inhæreat:ac tenacius inſidat auribus:q̄/quæ poſtrema audire contigerit. Diligentia igiť:atq; ſolertia quātūcūq; ars ipſa:& ingeniū præſtare potuerit/fini maxime adhibēda eſt: & accomodāda cui quidē:uti ſapienter p̄monuiſti mi Aaron:magis etiam: q̄ principio attendendum: ac inuigilandum arbitror.

## ❡DE ORDINANDIS in cōtrapuncto cōſonātiis.Cap.xii.

### AARON

C Onſonātię oēs:quas ſupra memorauimus ad cōtrapuncti rōnem ptinēt: ac ſumi debēt.Sed illaꝝ quidē uſus uarius eſt:ac multiplex. Ideo/quomodo illis utēdū ſit diligenter inſpiciamus.Primum igiť cauendū illud eſt in cōſonātiis

quas ſupra pfectas eſſe oſtendimus:ne una generis eiuſdē bis:qđ proculdubio uitioſum eſſet/ſine alterius cōſonantię intepoſitiōe locenť. Quare/ut exemplis agamus/& ea fiant apertiora/q̄ dicimus/qnta nō debet quintā ſtatim ſubſeq/ Neq; octaua octauā. Eſt tamen/qñ id fieri ſine uitio poſſit. Puta ſi eodem in loco tres pluresue notæ fuerint/& qnta/uel octaua illi opponať:toties eadē cōſonantia pfecta/& eodē in loco repeti poterit/quot erūt notæ qbus illā opponi uidebis. Ratio aūt/quare nō deceat tales cōſonantias eo modo/quo diximus/cōtinuare/ac ita cōmitere: nō alia quidē eſt/q̄ ꝙ intermixta uarietas gratiorem melodiā/& ſuauiorē cōcētū gignit. In iis.n.qbus animus paſciť/ſimile qddā accidit/qđ illā uidemus efficere/q̄ corpus alūt: Nā ſi dulci uino frequēter utaris/ac eodē modo epulis ueſcare delicatioribus/breui faſtidiū ea res/& nauſeā ingenerabit. FLAM. Vera perfecto mi Aaron ſunt/q̄ narras/Nā queādmodū ſi uinū auſteꝝ miſti ſuccedat/& ſimili modo pulmēta lautiora uarienť/ac ſibi p uices illata ſuccedāt/multo magis delectare conſueuerunt/ſic uarietate ſua cōſonantiæ qdē longæ auribus gratiores imbibunť/ac illas cōcinniori modulatu demulcent. AARON. Imperfectę igitur cōſonātiæ tertia/& ſexta illis apte ſuccedēt/& cū mira uenuſtate intermiſcebunť. At iiſdem imperfectis/eandem/quam perfectis ſcribimus/ſeruare legem non oportet: Licet.n.eiuſdem generis ſubrogare/quot uelis. FLAMINIVS. Ergo/queādmodum cibos leuiores libentius frequentamus/& in uſu longo magis ſapere/ac delectare cōſueuerunt/optimis autem/ac delicatioribus rarius/ac partius ueſcimur/& ea rōne longe pſtāt/& magis in pcio ſunt/ita qdem in iis cōſonantiis/quæ imperfectæ dicunť/frequētior tractatus facit/ut/quæ ſunt optimæ/ac ſuauiſſimæ/dultiorē quendam ſonum/atq; concentum efficiant. AARON. Ita profecto eſt/uſq; adeo autem uarietas omnis placet/& allicit:ut non ſolum imperfectas ſic miſcere perfectis liceat/& utile ſit/atq; decoꝝ/ſed etiā diſſonantis/atq; diſcordes non nunq̄ curſim inſertere/ac furtim/quaſi aliud agētes nō ſolū cōueniat/ſed pulchrū quoq; ſit/atq; cōducat/quas tñ & breuiſſimas eſſe oportet/& ita locari cōuenit/ut neq; in ingreſſu/neq; in exitu cantilenæ cōſpiciantur/ſed inter medias ſimiles fugientibus lateant.

## QVOMODO SECVNDVM PRAECEPTA VETERVM ORDInādæ ſint conſonantiæ. Cap.xiii.

I N diſponendis autem/& ordinandis iiſdem conſonātiis illud etiam prætereundum non putamus/ſecundum p̄/cepta ueterum ſic illas inter ſe coaptari//atq; diſponi/ut perfectā uolens conſonantiam facere/ prius illi uiciniorem p̄pa/ret/atq; concinnet. Veꝝ ut exemplis agamus:ſi quintā facere uo let/faciat/ut illam tertia maior præueniat. At ſi octauam/ſexta item maior/quia illi uicinior eſt/præponenda erit. Si uero uniſo/num/tertia illum minori quia proxima eſt/præueniendum eſſe memineris. Et ita quidē fieri debere/ueterum pręcepta nos edo/cent. Quod ideo nos quoq; monere uoluimus/non tanq̄ ſit om nino neceſſarium/ſed quia nihil/quod ignorare ſit turpe pręter/mittēdum iudicamus. Hoc autem ideo dixiſſe uolui/quia lex/& conſuetudo ſeculi huius ita nos conſonantias cōponere nō egit. Et profecto neotericos ſumos in arte uiros uidimus plerunq; hu iuſmodi morem contemnere/& cantilenas ob id quidem gratio/res/ac uenuſtiores eſſe.

## QVOMODO PERFECTAE CONSONAN TIAE DIVERSI generis ſibi inuicē ſuccedāt. Cap.xiiii.

n Otandum illud quoq; eſt/plures diuerſi generis p̄fectas conſonantias recte aliā poſt aliam ſtatim locari ſine alia rum/q̄ imperfectæ dicuntur interpoſitione poſſe. Ergo uniſonum quinta/quintam octaua:octauam duodecima/duode cimam quintadecima ſubſequi poterit. Idem quoq; de reliquis ſimilibus intelligendum eſt/in quibus talis quidem ſucceſſio cum uenuſtate fieri poterit.

## MI CONTRA FA CVR VITARI debeat. Cap.xv.

p Ræterea diligenter ubiq; cauendū eſt/ ne in p̄fectis con ſonātiis Mi cōtra Fa ponatur. Sunt aūt hæ in quibus id caueri debet/Diapēte/atq; Diapaſon/& Diapentę qdē quattuor i locis talis inuenit/quoꝝ duo ſunt naturales. Reliqui

accidentales:& naturalium quidem primus eſt a ♮ mi ad F fa ut Alterum uero a mi b fa ♮ mi acuti in fa F fa ut item acuti exten/ditur. Quibus quidem in locis quinta: quæ de tribus tonis: & ſe/mitonio minori conſtare debet/ſemitonium unum maius citra plenitudinem ſuam perdit/Et prior quidem quinta nihil a poſte riore/niſi remiſſione differt: Hæc.n.depreſſior eſt/illa ſublimior ꝙ in acutis errigitur. Duæ uero/quæ accidentales dicuntur/de/crementa eadem patiuntur/quarum altera quidem ab E la mi priori in Fa b fa ♮ mi acuti euehiť. Altera uero ab E la mi poſte/riori in Fa b fa ♮ mi ſuperacuti attolitur/& hæc quidem/& illa/ſi cut priores duæ nulla in re:niſi loco differũt: ita ut quãtũ ad effe ctum pertinet:duæ illæ:quæ naturales dicunť/una eſſe dici poſ/ſint. Idem quoꝙ de accidentalibus dicendum eſt Simili de cau/ſa mi quoꝙ in octaua contra Fa duobus in locis poni nõ poteſt: Nam cum Diapaſon quinꝙ tonos :& duo minora ſemitonia cõ plectatur/fit quidem/ut imperfectum ſit/ & uno minori ſemito/nio fraudetur:& careat. Quod qua ratione fiat/ facile conſtabit ubi locos oſtenderimus:in quibus utraꝙ octaua uitium:quod di ximus/patitur. Primum igitur Diapaſon a grauibus in acutas extentum a ♮ mi incipiens in Fa:quod eſt in b fa ♮ mi acuto de/ſinit. Secundum uero ab eodem b fa ♮ mi exurgens in alterum b fa ♮ mi prouehitur. Quæ quidem compoſitio facit : ut & acci/dentale ſit utrunꝙ Diapaſon : & uno ſemitonio maiori deficiat. Quintam igitur eiuſmodi/ & octauam : quia parte fraudantur: quam dixi/& plenitudinem ſuam non attingunt / tanꝙ uitioſas & illegitimas cautus in arte/ ac diligens modulator eiiciat / ac prorſus eliminet.

## ¶ PROBATIO QVINTAE IMPERFECTAE ET OCTAVAE PER MONOCHORDVM. Cap. xvi.

FLAMINIVS.

u Ellem mi Aarron:quia modo quintam/& octauam im/perfectas quando illis ſemitonium maius deeſt oſtendi ſti:ſi qua ratione id apertius deprehendi poſſit/aperies.

AARON. In Monochordo uel organo id facile apparebit.

FLAMINIVS. Memini certe:nũc uenit in mentẽ, Achil/lem meum Philerotem Bochium, qui quidem (ut noſti) organi ac inſtrumentorum eiuſmodi peritiſſimus eſt, hoc idem dicere ſolitum. Sed tunc minus talia curabam: quem nunc adeo muſi/ce delectat. Quare tu uelim arcanum iſtud mihi pandas: conii/cio.n.rem eſſe cognitu pulcherrimam. AARON. Faciam li/benter quod petis. Igitur ſi digitis Monochordi tactos (ut uul/gus appellat) apprehenderis duos, alterum quidem, in quo eſt ♮ mi alterum in quo eſt F fa ut: quintam facies mi re diſcordem quia plena non eſt: & ſemitonium, quod diximus illi abeſt. Vt autem hoc eſſe uerum deprehendas, tactum: in quo eſt F fa ut: dimitte, ac ſemitonium, quod eſt inter F fa ut, & G ſol re ut ap/prehende, tantam quintæ diſſonantiam: quæ pauloãte imperfe/cta erat, in ſuauẽ cõcordiã recidiſſe uidebis. Idem quoq; efficies ſi apprehendens priorẽ quintam: quæ imꝑfecta erat, ad ſemito/nium ſiniſtræ manus, quod inter A re, ac ♮ mi locum habet, eo dẽ modo: quo ſupra diximus, apprehẽderis: Nã ibi perfici q̃ntã: ſed adhuc pleniorem, ac magis, q̃ illam ſemitonii prioris ſono/ram inuenies. Quod uero ad octauam imperfectam attinet, q̃a illi quoq; ſemitonium maius deeſt, eadẽ ratione imperfectã eſſe deprehẽdes. In decima quoq; minore idẽ uitiũ repies: Nã ſi a D ſol re incipiens uſq; ad F fa ut b mollis acuti progredieris, deci/mã facies: quam minorem dicimus, q̃a plenæ octauæ: quæ in D la ſol re terminat̃ aſcendens uſq; ad prædictum Fa tertiã mino/rem addideris, quã quidem facies cõtinuo maiorẽ: ſi eodẽ modo quo in q̃nta diximus: ſemitonium illi maius adiũxeris. Qua qui/dem ratione cum tertiã maiorem perfeceris: decimã quoq; perfe ctam, hoc eſt maiorem inuenies. Veꝝ: quia ex huiuſmodi experi mẽto: q̃d in Monochordo & ſimilibus inſtrumentis fit: & ex tali probatione additi ſemitonii ꝑfici: q̃d erat imꝑfectum: oſtẽdit̃: no dus uindice dignus: & illa nõ uulgaris aut paruifacienda dubita tio ſuborit̃: ac ſe ſe offert: utra pars ſemitonii ĩ Monochordo: atq; ſimilibus inferior: an ſuꝑior maius ſemitonium efficiat. Et ex cõi quidẽ ſentẽtia maius ſemitonium ſuperiorẽ locum tenet. Sed ex iis: quæ ſupra diximus: uideri potuit, inferiorẽ illi locũ eſſe tribuẽ dum: Nã cum de imꝑfecta q̃nta quomodo ꝑfici poſſet: loquere/

ſub tenore ideſt in ♮ mi fieret/ & decima minor cum cantu eſſet: primum quidem ligamen/ & locum/ quem dedimus ſupra nõ re mouebimus/ ſuauior.n. Inde concentus emanabit.

## ❡DE BASSO ITERVM CVM TENORE.Cap.xxi.

S I uero Tenorem in quinta cum cãtu locaueris/ Baſſum oportet ĩ octaua/ tenori ſubeſſe. Q đ quidẽ in Gãma ut cõtinget:eritq̧ cũ cãtu duodecima. Tũc aũt opus: Altũ uel ĩ G ſol re ut ſupacuto eſſe:ut decimaquinta cũ Baſſo reſonet uel ĩ b fa ♮ mi acuto:ut ſit cũ Baſſo decima qdẽ maior/ mi tñ nõ fa ſumẽdo/ uel in qnta ſupra Baſſum:ſic.n.optimus fiet cõcẽtus.

## ❡DE BASSO RVRSVM CVM TENOre. Cap.xxii.

S In aũt in ſexta tenor cũ cãtu fuerit/ tunc Baſſus quintã ſub tenore poſtulabit:q̃ qdẽ in ♮ mi erit:qđ qdem ♮ mi tunc per b molle cani oportet/ propter uocem fa/ quę in F fa ut eſt/ ſiqdem mi contra fa nõ licere poni/ ſupra quidẽ in ordinãdis cõſonãtiis admonuimus:qa qnta eiuſmodi imp̃fecta eſt. Altus uero põt in b fa ♮ mi acuto poni fa tñ nõ mi ſumendo/ ut octauę inferiori cõſonet/ quę quidem/ ſi ſumeretur/ maiori ſemitonio abundaret. Põt etiã in F fa ut locum habere/ quæ quidem uox in duodecima Baſſo cõſonabit/ Tenori ãt in octaua/ cantui uero ĩ tertia minori. Melius tñ in b fa ♮ mi cõſonare uideť. Q đ ſi Baſſum in tertia ſub tenore poſueris:q̃ fit in D ſol re. Altus ex dicto loco b fa ♮ mi recedere debet/ & cũ F fa ut acuto manere: q̃ qdẽ diſtãtia erit decima cũ Baſſo minor:q̃ qa diſſonat:& aures oſtẽdit/ uitãda eſt. Satius ergo fuerit/ Altũ in A la mi re acuto fingere/ q̃ qdẽ erit qnta ſupra Baſſum/ tertia cũ tenore/ Quarta ĩferior cũ cãtu. Q uæ ſane cõſonãtia ſuauis erit/ & auribus iucũda.

## ❡DE BASSO ETiã ſi tenor in octaua cũ cãtu. Cap.xxiii.

Q Vod ſi tenor in octaua cum cantu fuerit/ Baſſus ab eadem uoce debet inchoari/ uel a quinta ſuperiori/ quæ in A la mi re acuto eſt. Altus uero in tertia ſupra cantum poni debet/ quę quidem uox in F fa ut acuto inuenitur/ eritq̧ decima minor ſupra tenorem/ Sexta uero itidem minor cũ Baſſo

Poſſumus etiã Altum in F fa ut graui ponere/ & fiet cum teno/re tertia minor/eritq́ eadem conſonantia/ſed cõmodior/non.n. erit tantus Alti aſcenſus. Quod ſi Baſſus in tertia tenori ſuberit Altus in A la mi re conſtitui debebit:qđ quidẽ ligamen idem eſt niſi ꝙ locum mutat.Id tñ cõponentis arbitrio relinquiť.In oĩbus autem his ligaminibus illud im primis cauendum eſt/ne ſupradi ctæ omnes partes ſaltim/ & per longa interualla/ ſed per quoſdã quaſi gradus apte/& comode diſponãtur/& copulentur/ne ca/nentibus propter nimios ſaltus/aſcenſus/ ac deſcenſus fiat aſper & incommodus. Non tamen negauerim/non poſſe ſemp hanc legem ſeruari.Id autem cum acciderit/diligentis/ & cauti compo ſitoris officium erit/per uniſonum aliquem/aut pauſam mitiga/re difficultatem illam/ac ſe canentibus accomodare.Illud tamen quod de tenore ĩ uniſono ſupra diximus/ſic quidem intelligi uo lumus/poſſe quidem ſic ipſum tenorem inchoari/ ſed non ultra G ſol re ut acutum extendi/ Eſt.n.cauendum/ne uox tenorẽ ca/nentis ultra uires attolatur.

## ❡DE LOCIS ORDINARIIS IN QVIBVS MODVLATIO POTEST INCHOARI.CAP.XXIIII.

e T ne quid uolentem cõponere noſtra diligenti cura p̃te reat/locos omneis ordinarios/unde modulatio poſſit in choari non modo ſecundum p̃ſentis æui morẽ/ſed etiã iuxta ueterum cõſuetudinẽ/oſtẽdemus.Primus eſt ergo in C ſol fa ut locus.In D la ſol re ſecundus. Tertius in E la mi re acuto. Quartus in F fa ut ſecũdo.In G ſol re ut q̃ntus. Sextus in A la mi re ſupacuto. Septimus(quanq̃ admodum raro)in b fa ♮ mi ſecũdo.At octauus in C ſol fa.Nonus in D la ſol. Decimum ẽt qui eſt in E la/quidam his adiiciunt/quem quidem ut pote rariſſi mum/non alia/q̃ nouitatis cuiuſdam cauſa uſurpant.

## ❡DE DIESI. CAPVT.XXV.

d E dieſi q̃dã ſupra:prout res/ac locus exigere uidebať/di ximus:ubi de ſemitonio tractauimus.Sed nũc:qm̃ quaſi mẽbra ad ſuũ corpꝰ reducimus/hoc ẽ ipſã modulatiõnẽ

formamus/rem cognitu pulchram/ & ſcitu neceſſariam minime prætereundam putauimus. Diximus/ubi de ſemitonio egimus: illum quidem treis uoces/ uerum per ſpatia imperfecta cõplecti: unde nomen illi:quaſi non ſint pleni duo toni/inditum eſſe mõ/ ſtrauimus: Neq; uim ſuam/ac proprietatem mutat. Veq;tamen ubicunq; uideris in modulatione dieſim illi appoſitam / ſcito ibi tonum quidem imperfectum ſic augeri/ ut de minori ſemitonio in integrum tonum pertranſeat/ſiquidem tali dieſcos ſigno/ac indicio imperfectę illi uoci ſemitonium maius adiicitur/ac tonus integer efficitur. Illud tamen memoria tenendum eſt/ hoc tantũ in aſcenſu fieri. Vbi uero in deſcenſu dieſim eandem uideris/ſci/ to rem fieri quidem admodum ſuperiori contrariam/additur.n. aſcendendo ſemitonium maius/& ex ſemiditono ditonus inte/ ger emergit/Contra deſcendendo ſubtrahitur tãtumdem / atq; ſurripitur:quãtum aſcendendo erogaueras: Nam qui amoto die ſcos ſigno tonus integer erat/eadem appoſito ĩ ſemitonium mi/ nus/ut eſt mi fa ſemitonio maiori fraudatus exhauritur.

## ¶ QVOMODO PLVRES TERTIAE PLVRES/ QVE SEXTAE alia poſt aliã locari poſſint. Cap. xxvi.

s Vpra/cum de Tenore cũ Cantu loqueremur/qa unius tertiæ tantũmodo/ac ſextæ mentionem fecimus/errorẽ qui ſuboriri poſſet:ac dubitationem tollẽdam putamus: ut/ quæ in conſonantiis ſupra diximus in extruenda modulatio ne ipſa uera eſſe cõprobemus. Nunc ergo quomodo plures ter/ tiæ/pluresq; ſextæ alia poſt aliam locari poſſint explicabimus:& modum/qui ſeruari debeat/componere uolenti facilem/ & apert tum monſtrabimus. Nam ſi antedictum Tenoris cum cantu or dinem ſeruare quis uelit/conſonantiæ ſibi inuicem non reſpõde bunt. Vt autem exemplo id:quod dicimus ita eſſe conſtet/Can/ tum in D la ſol re ponemus/Tenorem uero in tertia ideſt in b fa ♮ mi:ſicut dictum eſt/inferiori locabimus:Baſſum uero in G ſol re ut acuto ſtatuemus/quæ quidem erit Quinta cantu inferior. Altus deinde in G ſol re ut ſuperacuto cõſtituatur. Quod uero Tenor in dicto ligamine cumcantu ad aliã tertiam progredi nõ

poſſit : exemplo patebit. Moueatur de loco D la ſol re cantus & in E la mi acutum aſcēdat. Tenor in alia tertia/ſicut prius erat ſubſequatur:quæ in C ſol fa ut erit:fiet quidem : ut Baſſus non poſſit antedictum ordinem ſeruare:erat.n.quinta cum cātu: qui cantus in D la ſol re erat:Baſſus autē in G ſol re ut acuto. Ergo ſi Cantus in prædictum E la mi transferatur:& Baſſus eodē modo per quintam progrediatur:ideſt per quintam ſequatur/ uitiū: quod maxime cauendum diximus/exoritur:ſiquidem quinta ſtatim poſt quintam ſubſequitur: quod quidem fieri non debere rationibus:ſupra monſtrauimus.Idem uitium in aliis quoq; accideret ligaminibus: Nā plures cōtinuatę fierēt/eiuſdē generis cōſonantię:q̄ uitioſam proculdubio modulationē redderēt.Q đ q̄dē ne acidat : quid & q̄uo faciūdū ſit diligēti ordine monſtrabimus. Primum igitur liberum componenti relinquimus: ut unde uelit Incipiat. Poſtea uero ſi per duas:treis:quattuor:aut plures tertias aſcendendo/uel deſcendendo uoluerit tenorem cum cantu procedere:per ipſas quidem tertias hoc modo aſcendat / uel etiam deſcendat:ut cantus ipſe a D la ſol re incipiat:& gradatim : ideſt nota poſt notam uſq; ad G ſol re ut ſuperacutum progrediatur. Qui quidem progreſſus ſi fiat ſociatus cum dicto tenore per tertias quattuor ab antedicto b fa ♮ mi inchoādo:& uſq; ad E la mi acutum procedendo:prima quidem tertia in dicto b fa ♮ mi ordinata ſub cantu ſub ſe Baſſum habebit in octaua: quæ quidem in ♮ mi erit:quod tunc quidem in b molle transferri non debet & erit cum cantu decima. Altus uero uel cum cantu/ uel cum tenore in uniſono ſit/quia locus illi proprius deeſt:quē in F fa ut graui habet. Ratio autē eſt quia quinta cum Baſſo imperfecta eſſet: quæ quidem/ſicuti patet/inter ♮ mi/& F fa ut eſt. In F fa ut autē acuto locari non poteſt:nam fieret ibi quoq; quinta imperfecta cum dicto tenore/qui ſupradicto b fa ♮ mi poſitus eſt: nec baſſo etiam reſpondere poſſet:quia in duodecima quidem imperfecta eſt. Quæ ſane coniunctiones/ut ſupra oſtēdimus/tolerabiles nō ſunt. Altus igitur propter eiuſmodi imperfectarum diſſonantiā in prædicto uniſono relinquendus eſt.

## QVOMODO PLVres ſectæ cōponi queant. Cap. xxvii.

Erum/ut noueris plures etiam ſextas componere/ quē admodum compoſitionem per tertias demōſtrauimus: quæ poſſunt aſcendere/atq; deſcendere: quomodo per ſextas id quoq; fieri oporteat oſtēdemus. Igitur ſi cum quattuor: cum quinq;: pluribuſue ſextis progredi uoles: ſcito poſſe te Baſſum in quinta ſub tenore uel tertia inchoare: quę quinta cum cātu decima fiet: Tertia uero illa fiet octaua. Si cū prima ſexta Baſſus incipiet in quinta/ſecunda ſexta erit tertia/ Tertia uero idē ſexta fiet quinta/quarta autem tertia/quinta uero quinta cum dicto tenore ueniet/ & hunc ordinē in omnibus/quotcunq; in aſcēſu inueneris/ atq; deſcenſu/ ſeruabis. Sed ne forte in deſcenſu implicerís/ac inuolaris ambiguus/ illud meminiſſe te oportet/ ut ſi forte in tenore/ uel cantu breues/ ſemibreues/ac minimę fuerint breues/quæ in Baſſo erunt/in duas ſemibreues diuidas. Si uero ſemibreues/ in duas partiaris minimas/ & ex altera quidem parte quintam unam/ ex altera uero tertiam facias/ & ſic quidem a qnta ad tertiam: a tertia progredieris ad qntā q̄diu cum dictis ſextis cātus/ uel tenor proceſſerit. Poteris ēt/ ſi uoles/ integras relinquere notas/quas diximus. Quod uero ad altū attinet/ illum quidē in iis locis cōſtitues: i qbus recto poterit ordine progredi. Verum illud ſemper memineris/ & caueas/ne duas perfectas conſonantias/ qđ iā toties nō ab re monuimus/ cōiungas/ ſemp. n. in dicto proceſſu Altus ſuos cōmode locos habebit. Q đ ſi tenor: uel cātus ab an̄dictis remouebit̃ ſextis/ ſm̄ modum alioꝝ cōtrapuncti ligaminum erit faciundum/ ſicut in tertiis ante monſtrauimus.

## ❡ DE ORDINATIONE SEXTAE TENORIS CVM CANTV. CAPVT. XXVIIII.

SI uoles/ ut tenor cum Baſſo ſextam unam faciat/ quāq̄ id minus uſu receptum eſt/ da operā ſemper/ ſi fieri poſſit/ ut octaua ſequat̃. Quod ſi plures forte facere ſextas uolueris/ nihil impedimus/ modo in duabus tantum partibus: aut ad ſummum tribus id fiat. Quod ſi in tribus/ tertiam oportebit in medio duarum locare ideſt in quarta Diateſſaron uoce ſub prima parte. Quando autem melius ſit ob tale quidem liga

men Baſſum in dictam octauam deſinere/ exemplo / ut pateat faciam. Ergo cantum in F fa ut acuto ponamus / & Fa fa dicamus / & eodem ligamine tenor progrediatur/ quod erit primum fa cum dicto tenore in ſexta/ſecundum uero in quinta/quam licet imperfecta ſit/concedimus/cum cantus ad tertiam procedat quia ſit audienti grata/& ultima quoq; ad tertiam. Sic quidem oportebit/Baſſum ſub tenore deſinere in octauam idest ut primum fa:& ſecundum cum Baſſo in decima ſocietur & in alia decima / cum cantu ſequatur / & ſic quidem quinta cum tenore: ſexta & octaua fiet. Hoc pacto concedetur/ ut fieri ſextæ Baſſi cum tenore poſſint. Verum/ne prolixitas faſtidium ingeneret: quāuis alia quidem multa adhuc dici poſſent/talibus finem imponam/atq; ad ea/ quæ de tertiis adhuc dicenda reſtant orationem conuertam.

## ¶DE SECVNDA TERTIA TENORIS CVM CANTV. CAPVT. XXIX.

S Ecunda uero Tertia Tenoris cum cantu ſub ſe Baſſum in ſexta debet habere. Ea fiet in E la mi graui: quæ Cantui octaua continget. Altus uero in G ſol re ut acuto conſtituatur/fietq; ſupra Baſſum Tertia/& ſemper fieri debet permanente tali partium ligamine. Quod ſi forte dictus Altus difficilis canenti fieret / incommoduſq; / uel uniſono memineris/uel pauſa duritiem eiuſmodi / ac difficultatem lenire.

## ¶DE ORDINATIONE TERTIAE/TERTIAE TENORIS CVM CANTV. CAP.XXX.

t Ertia uero tertia tenoris eiuſdem cum cantu octauam habeat. Poſt illam ſexta ſequatur/quæ cum Cantu Decima fiet. Altus uero in quinta ſupra Baſſum locetur. Quod ſi forte fieret canenti difficile/ad uniſonum / uel pauſam (ut iam monuimus)confugiendum erit. Poterit etiam in F fa ut locum habere/ idest in Tertia/quæ ſupra Baſſum fiet. Sed is locus neq; in iis qui canunt/ neq; in ullis muſicis inſtrumentis

uenit audiēti gratus:ſicut in hoc ligamine:uidelicet F fa ut patet: ſiquidem tertia eſt ſupra Baſſum minor: quæ proculdubio diſ/cors eſt. Quare/ſi dictum ligamen facere uolueris:ut illam amo ueas diſſonantiam/opus erit:Fa/quod in cantu cõſonat:per Die ſim ſuſpendere:quo quidem ſuſpenſo illud ſequetur: ut Altus etiam ſuſpendatur. De talibus autem ſuſpenſionibus concordia conflabitur:fiet.n.augmentum/& tertia: quæ ſupra Baſſum mi/nor erat/maior emerget & ipſe cantus cum Baſſo decimam qui dem attinget maiorem/fietq; gratiſſimus auribus cõcentus. Ve/rum/quia hoc facere ad peritiores tantum pertinet/ne minus ex ercitati nimium hac in re laborent/atq; ut res fiat facilior in pri/mo:quod diximus ligamine conſiſtendum erit. Et hic quidē or/do in cæteris locis aſcendendo ſeruabitur:in tertiis ſcilicet omni/bus/quotcunq; intercident. Hoc tamen ſi quidem intelligi uolo: ut primus quidem in hac tertia Tertia datus atq; pręſcriptus eſt modus(nam duo ſunt)diligenter ſeruetur:ideſt ut poſt primam octauam cum dicto tenore ſemper ſexta ſequatur/poſt ſextam alia cum dicto tenore octaua: Et hoc quidem toties fiat/quoties opus fuerit: Nam ſic per uices/ac ſucceſſiones octauæ/ac ſextæ procedendum erit/q̄diu res exiget. Verum illud ſemper memi/neris/hunc ordinem in aſcēſu tantum eſſe ſeruandum. Altus ip ſe i tertia ſupra Baſſum ponatur/poſt tertiam uero quinta ſupra cum dicto baſſo locetur/& poſt quintam alia item tertia:& ſic ter tia/& quinta ſibi per uices/q̄diu fuerit opus/ſuccedant/ac idem ordo ſeruetur/quem in octaua & ſexta ſibi ſuccedentibus paulo ante monſtrauimus.

## ¶QVOMODO TERTIIS IISDEM IN DESCEN SV SIT VTENDVM. CAPVT. XXXI.

I forte antedictum ordinem in deſcenſu ſeuare uolueris ideſt ut cantus: qui in G ſol re ut ſit(de ſuperacuto lo/quor)uſq; ad D la ſol re deſcendat: & idem per tertias faciat tenor ab E la mi ſecundo in b fa ♮ mi acutum deſcenden/do/neceſſe erit/Baſſum in decima ſub tenore ponere. Is autem locus in C fa ut erit/quę duodecima fiet cum cantu conſonātia/

Altus uero in quinta ſub cantu locandus erit/quæ quidem octa ua ſupra Baſſum continget. In ſecunda uero tertia Baſſus i octa ua erit inferiori/quæ cum cantu in decimam euadet minorem. Altus uero ſupra in quinta cum Baſſo/ quæ quidem cum teno/ re Diateſſaron fiet/cum cantu uero ſuberit ſexta. Tertia deinde tertia Baſſum in decima ſub ſe poſtulabit/quæ quidem in A re eſt & duodecima cum cantu reſpondet. Alt us uero in octaua ſit ſupra Baſſum. Ex quo quidem ligamine/quinta cum cantu/at ſub tenore tertia reſpõdebit. Quarto aut loco Baſſus tenori ſu/ berit in octaua/ideſt in ♮ mi/ſed non per b molle cantato/nam ſic dictam octauam redderet imperfectam/& ita cum cantu deci ma continget. Ex hoc autem ligamine nõ extabit locus/ubi Al tus poſſit conſtitui/in dicto.n.ligamine locum non niſi in D ſol re habet/quæ quidem erit ſupra Baſſum tertia ſed duriuſcula. Quare melius in F fa ut graui/& acuto ponetur/hac tamẽ lege: ut dictum ligamen per b molle canatur/quia in iis quidem locis ob eas/quas adducemus/cauſas/tollerabilis non eſt. Nam ſi in F fa ut acuto locum illi dare uoluerimus/duodecima quidem im perfecta cum Baſſo reſpondebit. Quinta quoq; cum tenore im perfecta quæ quidem inter ipſum F fa ut/& b fa ♮ mi acutum:& inter ♮ mi & F fa ut graue reperitur. Quæ quidem conſonãtiæ ſicut iam ſæpe ante diximus/euitandæ ſunt. Quare ne hoc acci dat/& recte omnia quadrent/reſtat/ut nõ niſi in D ſol re locum apte ſorciatur/& antedictus Baſſus in hoc quarto loco minime quidem in octauam terminabitur/ſicuti ſupra mõſtrauimus/ſed nota/uidelicet illa/quæ ſub ſocietate tertiæ Tertiæ reſpõdet/in duas parteis diuidenda erit/ puta ſi ſemibreuis fuerit ad duas mi nimas redigenda/& prior quidem pars decima cum tenore faciẽ da/quæ cantui duodecima reſpondeat/& ſub Alto fiat octaua. Altera uero eiuſdem notæ pars octaua quidem cum tenore de/ cima uero cum cantu fiat. Altus autem ſupra cum Baſſo in qn/ ta ſocietur/ſic quidem/ut in Alto nota diuidatur / ſicut in Baſſo faciundum erit. Poſtea uero in antedicto quarto loco Baſſum in decima ſub tenore conſtituere oportebit/ut duodecima cum cã/ tu fiat. Ex hoc autẽ illud eueniet/ut Altus ſupra Baſſum in octa ua inueniat/in tertia uero ſub tenore/in quinta deniq; cum cãtu

& ſic quidem proprium habebit locum/ & gratiſſimã pariet Har monian. Quare in cæteris quidem modis uel in aſcenſu uel in deſcenſu/ uel gradatim/ uel ſaltim dictæ tertiæ tenoris cum can/ tu reperientur/ aptandi & accomodandi erunt Baſſus/ & Altus quo meliori modo fieri poterit/ dummodo contra pręcepta quę ſupra tradidimus/ non fiat/ præcipue uero/ ne duæ perfectæ con ſonantiæ altera ſtatim poſt alteram ſequantur.

## ❡QVID FACIENDVM VBI TENOR IN OCTA VA CVM CANTV. CAPVT. XXXII.

s I Tenor cum cantu in octaua fuerit/ Baſſus quidem/ ſi commode fieri poterit/ ad uniſonum debebit/ aut ad quintam ſuperius cum tenore deduci. Si Baſſus in quin ta cum tenore fuerit/ Altus ſupra tenorem in tertia/ uel in octa/ ua locandus erit. Quod ſi aliquibus in tenore quartis cum can/ tu/ re ſic exigente/ uti uolueris/ quanuis eiuſmodi ligamina ad Altum pertineant/ non impedimus/ dummodo ſemper illi Baſ/ ſus in quinta ſubſit/ Altus autem ſupra Baſſum in decima/ uel tertia ponatur/ Sed magis decimam probamus. Paruam quin/ tæ mentionem facimus/ quia in partibus tenoris cum cantu ſo/ ciati parum quidem grata eſt. Hoc autem autem ob difficulta/ tem accidit/ quæ canenti ſuboritur ex ligaminibus/ quæ in Baſ/ ſis acciderent ad pronunciandum difficilibus. Vbi autem com/ modius poni queat/ dicemus. Igitur/ uti mihi quidem uidetur: toleranda in principio quinta eſt: quia/ ſicut uidere poteris/ ad/ modum grata contingit. Quare cum in ipſo principio Teno/ rem cum cantu in quinta ſociabis/ non aliam in Baſſo conſo/ nantiam ſuppoſueris/ q̃ octauam. Altum uero ſupra Baſſum in decima locabis. In medio autem cantilenæ per raro ponuntur quintæ/ niſi maximum adhibeatur artificium. Exemplo id qui/ dem oſtendam. Quando periti compoſitores uolunt eiuſmodi quinta uti/ iam animo ſuo præſumpſerunt/ ac præcogitarunt/ in confugio pulchræ alicuius coronæ/ ſiue receptus conquieſcere: & ad unam tertiam deuenire/ quemadmodum ex iis patere po/ terit/ quæ ſubiiciemus/ Cantus in A la mi re ſupradicto erit/ quo

In loco duæ ſemibreues repetentur/ac bis la la dicetur. At poſtq̄ duæ illæ notę dictę fuerint/uno tātū gradu & uoce i G ſol re ut ſuperacutum deſcendetur/ in quo quidem loco quieſcetur/ac reſpirabitur. Tunc tenor ſub prima illā uoce/quę eſt la per ſextam procedet/quę in G ſol fa ut eſt. Illa uero ſecunda uox la per quintam progreditur/quæ in D la ſol re inuenitur/& ſtatim per tertiam unam/quæ eſt in E la mi(uti dictum eſt)ad dictam coronam/ſeu reſpiramen ſe ſe recipiet/& in dicta conſonantia conſiſtet/quæ quidem audienti amica/& admodum grata eſt. Etiam ob ſocietatem Baſſi/ quæ in prima / & ſecunda erit nota / cum cātu in decima:& in prima illa nota cum tenore in quinta reſpōdebit/ in ſecunda uero nota in ſexta. In tertia deinde tenoris nota la/quæ in E la mi eſt/cum dicto cantu erit in decima / & cum tenore in octaua. Altum uero ſtantibus iis/q̄ dicta ſunt/ſic ordinabimus/ut contra duas illas notas la la/ quę ſunt in cantu duas ponamus octauas. Poſt uero antedictum reſpiramen ipſum Altum in quinta ſupra Baſſum terminabimus/quæ cum cantu fiet ſexta/quarta cum tenore. De quo quidem ligamine ſuauis harmonia manabit. Hac ratione quinta/de qua diximus/in media quidem modulatione non modo tolerabilis fiet/ ſed etiam illi decorem/ac uenuſtatem afferet.

## DE MODO COMPONENDI FACILIORE AC EXPEDITORE. CAPVT. XXXIIII.

SCIO EQVIDEM ACCIDERE POSSE ut præcepta /quæ de ratione componendi hucuſq; tra/tradidimus/paulo difficiliora minus eruditis uideantur. Quare/cum labor hic noſter prodeſſe omnibus maxime ſtudeat/faciliorem talibus / ac minus artificioſam ad componendum quaſi manum porrigentes ac planiori tramite deducentes uiam aperiemus/ut ſi forte ſuperiora præcepta propter imbecillitatem reformidauerint/ & pollentibus ingenio/ ac eruditione maiori eſſe relinquenda putauerint/habeant ipſi quoq; uiā/ qua ſicut peritiores in pręceptis ſuperioribus/ſe condendæ cantilenę cognitionem aſſequi poſſe arbitrentur.

## DE ALIA STRVCTVRA CANTILENAE. CAPVT. XXXIIII.

s I cantilenam formare uolueris/ in qua Tenorem in uni ſono ſocies/ Baſſum debebis in octaua/ uel in Decima ſubiungere. Tunc Altus in quinta ſupra Baſſum conſtituatur/ ſi Baſſus ipſe i octaua fuerit. Quod ſi in Decima/ tunc Altus in octaua ſuperiori locum habeat. Verum ligamen quod prius dixi/ erit melius/ atque ſuauius. Quod ſi per Tertiam ſequeris/ octauam quidem exigeret. Verum/ quia primum una quidem cum dicto tenore octaua ſequitur/ Baſſus cum tenore in Decima ſociabitur. Altus uero ſupra Baſſum in octaua. Et quoties Tenorem in Tertiis cum Cantu inueneris toties Baſſum in octaua/ Altum in Quinta ſupra Baſſum conſtitues/ niſi forte aſcenſus quiſpiam/ uel deſcenſus canenti incommodus/ ac difficilis inciderit. Quod ſi forte continget ad pauſam uel uniſonum recurrendum erit. Præterea ſi tenor in ſexta cum cantu fuerit/ ſemper Baſſus in quinta ſub tenore/ Altus uero in octaua ſupra Baſſum locetur. Quod ſi dicta octaua forte incommoda fuerit/ Tertiam ſupra dictum facere Baſſum poteris:& hoc quidem/ q̃diu poſſit/ ſeruandum erit. Quod ſi nõ poſſit ad opem uniſoni/ uel pauſæ (ut ſæpe iam monuimus) cõfugiendum erit.

## DE INDICIBVS CANTILLENARVM ET CADENTIIS. CAPVT. XXXV.

d Vo ſunt in uſu cantilenis Indices/ qui quoddam canenti reſpiramen/ & quietem indicant & has quidem coronatas uulgo appellant/ illos autem reditus/ quos Retornellos communis ſermo nuncupat. De quibus quidem indicibus aliqua nobis dicenda putauimus. Coronata quidem ſignum/ ac Index eſt/ ui paſſim in cantilenis eſt uidere/ q docet/ ibi paulisper eſſe quieſcendum. Sed talium quidem indicum lex certa nõ præſcribitur/ ſi quidem componentis arbitrio relinquũtur. At uero cadentia termini cuiuſdam indicium eſt Nam/ ubi fit/ ibi terminari cãtum/ uel partem ipſius aliquam indicat. In multis.n.locis

anteq̃ ad finem cantus ipſe perueniat/fieri ſolent/quanq̃ mul/tæ ſunt quidem cãtilenæ/quarum finem uarium admodum eſſe cernimus quia(uti componenti libuit) uel per Redditum uel per Coronatam terminari uidemus. Verum ut ſciat unuſquiſq; quonam modo intelligendæ ſint cadentiæ iuxta ſeculi huius cõſuetudinem locos omneis ad faciendum illas neceſſarios/queq; ſuſpenſe ſint & q̃ nõ. Item quomodo in cãtilenis diſponẽdę ſint quia ſunt admodum neceſſarię/ſuo quidẽ ordine declarabimus.

## CADENTIARVM GENERA DVO. CAP. xxxvi.

cAdentiarum quidem/quod in primis ſciendum eſt/duplex eſt compoſitio. Hinc fit:ut illarum genera ſint duo: Nam aliæ quidem ſunt ſimplices/duplicatæ uero aliæ. Et ſimplices quidem ſunt/cum prima nota ſemel tantum pronunciatur/ut/cum dicitur FA MI FA. SOL FA SOL. Duplicatæ uero cum prima illa nota repetitur/& dicimus FA FA MI FA. SOL SOL FA SOL. Idem eſt de cæteris intelligendũ. Tales igiẽ duplicate uocanẽ. Vt autem ĩ tali cadẽtiarum differentia ſcire poſſis/quid tibi agendum ſit illud memoria tenere debebis/ꝙ quando in Cantu FA FA MI FA dicetur in C ſol fa ut oportebit tenorem ĩ octaua ſubeſſe/uel in ſexta/quæ quidem octaua in C fa ut erit. Igiẽ/ſi prima illa tenoris nota priori fa/quod eſt in cantu reſpondens octauam fecerit/ſecundum fa ſeptimam faciat. Tertia uero ideſt MI/quæ non ipſo ordine: ſed re ultima eſt in ſexta reſpondeat. Hoc ubi feceris cum terminatione ipſa ſiue cadentia/hoc eſt cum ultimo fa deuenies in octauam/& gratiſſimus fiet concentus. Quod ſi tenor cum antedicto primo fa ſextam fecerit/ſecundum illud FA ſeptimam reddat. Tertia uero nota MI fiat ſexta/& ultimum FA ſimiliter in octauam deſinat. Et ſic ubicunq; fuerint duplicatæ cadentiæ per octauam terminari/uel ſextam poterunt. Illud ſciendum eſt in prima cadentiæ nota tenorem cum cãtu facere quintam poſſe. Sed reliquarum cadentiæ ipſius notarum/quem dedimus/ordo ſeruandus eſt.

## DE CADENTIIS SIMPLICIBVS. CAP. xxxvii.

Si uero cadentiæ ſimplices fuerint/puta Fa mi fa/pote/
u ris/ut tibi lubebit/cum priori fa ſextam facere/uel octa/
uam. Si ſextam feceris/alteram ſub mi ſextam facere debebis. At ſi octauam malueris/facito/ut illam ſexta ſubſequatur. Tertio autem loco ſimiliter in octauam deſinas/ut recto cá/tum/& grato fine concludas.

## QVOMODO SINT ORDINANDAE DVPLICATAE CADENTIAE. CAPVT. XXXVIII.

Erum/quia poteſt accidere/ ut præcepta de hac re/quæ
u tibi propoſui/tanq̃ paulo difficiliora non ſatis percepe/
ris/ut plenius tibi faciam ſatis/ & nihil ultra deſyderes: apertiorem adhuc ordinem in prædictis cadẽtiis tibi proponam & cuilibet cadentiæ iuxta progreſſum ſupra monſtratum/ut omnia faciliora fiant/tenorem/baſſum/& altum ſociabimus. Igitur ſub prima cadẽtia/FA MI FA/uel SOL FA SOL tibi ſic faciũdum erit. Sub priori quidem Fa tenor/ſi octauam fecerit/ſub MI ſextam reddet dicendo VT RE VT de C fa ut. Si uero ſextam/MI RE VT conſonabis. Quod uero ad Baſſum atti/net/hoc tibi ſeruandum erit/ut cum prima tenoris nota Baſſus tertiam faciat/cum ſecunda/ quintam cum ultima uero/ octa/uam coniungat inferriorem/ſi tamen id commode fieri poterit: ſi non poterit/ad uniſonum/uel quintam ſupra tenorem ſe reci/piat/ Nam finem huiuſmodi liberum componenti relinquimus: præter q̃ in cadentia in ſuperacutum A LA MI RE deſinen/te/in qua non poteris eo modo teminare/præcipue/ ſi tenor ſub indice b mollis cantetur/ nam ſi dictum ſequi ordinem uelles: quinta fieret ante Baſſi terminationem cum tenore imperfecta: quæ ab E la mi graui incipiens in b fa ♮ mi acutum extenditur/ Ideo exploſa quinta tertia erit admittenda. At ſi eiuſmodi cadẽ/tia per ordinem ♮ quadri cantetur/prior quidem modus conce/ditur/ad cuius ordinem Altus in prima ſupra Baſſum nota in quinta/uel ſexta locabitur. In ſecunda uero nota in octaua/ & ſic etiam terminabitur/ niſi forte Baſſus in quintam ſupra teno/

rem deſineret/qui quidem naturalis eſt Alti locus. Quare quo/ties hoc acciderit/neceſſe erit ad tertiam confugere ipſi Baſſo inferriorem. Facies idem in cæteris/demptis tamen locis incon/gruis/in quibus erit opus aliam recipi conſonantiam.

## ℭ DE LOCIS CADENTIARVM ORDINARIIS AC ILLARVM SVSPENSIONIBVS. CAP. xxxix.

u Erum ut clariora fiant/quæ ad cadentias pertinent om/nia/& certo quidem ordine faciliora/ponemus locos: ac dicemus puta/FA MI FA. SOL FA SOL/& primum quidem FA MI FA per ♮ quadrum canetur. Secun/dum autem/ideſt SOL FA SOL per b rotundum. Vtrunq; in C ſol fa ut inuenietur. Secundo autem loco RE VT RE: uel LA SOL LA: uel SOL FA SOL per naturam acu/tam/per b molle graue/per ♮ quadrum acutum/in D LA SOL RE. Tertio MI RE MI/aut LA SOL LA per na/turam acutam/ac per ♮ quadrum/item acutum in E LA MI ſecundo. Quarto FA MI FA per naturam tantum acutam in F fa ut acuto. Quinto SOL FA SOL/aut RE VT RE per eandem naturam & per b molle acutum in G ſol re ut ſu/peracuto. Sexto LA SOL LA/aut MI RE MI/aut RE VT RE/& quidem LA SOL LA per naturam acutam. MI RE MI per b molle acutum. RE VT RE per ♮ quadrum ſuperacutum in A la mi re ſuperacuto. Septimo autem loco FA MI FA per b molle acutum/aut MI RE MI per b qua/drum ſuperacutum in b fa ♮ mi ſuperacuto. Octauo FA MI FA per ♮ quadrum ſuperacutum/aut SOL FA SOL per b molle ſuperacutum in C ſol fa nono SOL FA SOL per ♮ quadrum ſuperacutum. LA SOL LA per b molle ſuperacu/tum in D la ſol. Decimo/ac ultimo loco/ſed quod rariſſime con/tingit/LA SOL LA tantummodo per ♮ quadrum ſuperacu/tum in E la. Id autem/quia ſicut dixi/rariſſimum eſt/arbitrio cõ/ponentis relinquitur. Ergo ex his/quæ dicta ſunt/atq; ex ordine quẽ monſtrauimus/cadentiæ quidẽ locos habent numero decẽ. Sed re uera: ac nõie ipſo quinq; tãtũ ſunt/uidelicet RE VT RE.

MI RE MI. FA MI FA. SOL FA SOL. LA SOL LA
Sciendum autem illud eſt/cadentias omneis/quę terminatę per tonos monſtrantur/debere ſupſpendi/& primum quidem ſecũ/dum ordinẽ locum tenet RE VT RE. Sequunẽ aũt MI RE MI. SOL FA SOL. LA SOL LA. Quę uero per ſemitoniũ pronunciantur/ſuſpendẽdæ nõ ſunt/ſicut FA MI FA: Nam hæc quidem naturalẽ ſecũ habet ſuſpenſionem. Cuius ſane rei quia ſupra quidem nulla quidem mentio facta eſt/quomodo ſe habeant/& componẽdæ ſint nunc præmonſtrabimus.

## DE DVOBVS SVSPENSIONVM modis. Cap. xl.

P Rędictarum autem ſuſpenſionum duo ſunt modi quo/rum alter rationis eſt/uel compoſitionis/alter (uti nobis eſt mos dicere) ſigni. Id autem ſignum figura dieſeos eſt quæ poſita ſub ea nota: quæ ſuſpendenda eſt eorum cauſa/qui minus periti ſunt: illam quam dixi/ſuſpenſionem indicat.

## QVANDO SVSPENdẽdę non ſunt cadẽtiæ. Cap. xli.

S Vpra diximus omnes quidem cadentias/quę per tonos terminantur/ſuſpendi & id quidem generaliter/ac naturaliter dictum uolumus. Id autem intelligẽdum eſt/quã tenores per duos tonos procedũt hoc pacto VT RE VT/uel MI RE VT/uel ſic RE MI RE/tunc. n. ſuperior cadentia ſuſpenditur/ut ab RE VT ad VT de D la ſol re ipſum VT ſuſpendendum erit propter ſextam minorem/quæ in MI/quod eſt in E la mi graui naſceretur. Et ſi maiori ſexta opus fuerit uti hic modus ſuſpẽdẽdi ſeruãdus erit. Sed ut res apertior: & facilior fiat/ſcito/quoties tenor per unum ſemitonium ante ipſam terminationem procedat/cadentias cantus/quãuis per tonum reſpondeant/non ſuſpendi/quia perfectum ibi/ſiue maius Hexachor/don inuenitur/ut ab E la mi graui ad F fa ut graue. Idem ab A la mi re acuto ad b fa ♮ mi acutum contingit per b molle canta/tũ/& ab eodẽ b fa ♮ mi ad C ſol fa ut/idẽ in cęteris fiet locis. Huiuſmodi ãt ſuſpẽſiones/ut meliores fierẽt cõſonãtię ſunt inuẽtę.

## DE DVOBVS LOCIS CAdentiarum tenoris. Cap. xlii.

Eſtant explicandi duo loci/qui terminationem tenoris idest cadentiam habent/cum tenor ipſe:& cantus etiam per duos tonos procedit: qui quidem ipſius cantus toni a C ſol fa ut ad b fa ♮ mi per mi molle cantatum fiunt. Eius etiã tenor per duos tonos procedet: quorum quidem tenorum prin/cipium eſt in C fa ut dicendo ut re ut:& ſupra ipſum erit fa cãtus ſcilicet in b fa ♮ mi: hoc eſt in ſexta minori ideoq; dictum fa ſu/ſpendetur/& ſextam faciet maiorem ante ultimam ipſius caden tiæ octauam. Et hinc fit/ꝙ quando tenor per duos tonos:& can/tus etiam procedit/dictus primus tonus/in cantus ſuſpenditur. Et ſic quidem ex duobus locis alterum habes. Secundum autẽ locum per Diapaſon inuenies:quod a C ſol fa ut ad C ſol fa pro greditur/qui quidem ſic ſuſpendi debet/ut primus:loco.n.tantũ differunt/cum alter in grauibus/alter in acutis inueniatur.

## ¶DE SECVNDO LOCO PER Diateſſaron. Cap. xliii.

IN ſecundo autem loco exemplum tale erit. Secundam quidem partem (nam cantus primam tenet) per quartã cantui ſubiicemus in G ſol re ut ſuperacuto/tam per b molle q̃ ♮ quadrum cantato. Tertia uero pars in E la mi locabi tur acuto:& ſexta cantui conſonabit. Quarta in Diapaſon ſub cantu:quæ quidem in C ſol fa ut erit. Quinta ſub eodem cantu conſonantiam reddet undecimam: quæ quidem in G ſol re ut acuto eſt. Sexta in E la mi graui: quæ ipſi cantui decimatertia re ſpondebit. Septima in C fa ut:quæ cum cãtu decimaquinta fiet. Quę quidem ligamina ſecundum ordinem ipſum naturalẽ infe rius nequeunt deſcendere. Si tamen ad ea deſcẽdere loca uolue ris/per unam partem non poteris/per duas poteris: Ratio quidẽ eſt/ꝙ per unam deſcendens Diateſſaron ſub Gamma ut facies: quæ quidẽ diſſonantia Diapente inferius expoſcit/qui ſane tum propter nimium deſcenſum/ac uocis profunditatẽ tum propter linearum accidentalium neceſſitatem/& componenti/& canen/ti fieret admodum incommodus. Si tamen libuerit/talem pote/ris accidentalem ordinem ſequi: Nam quæ ſupra de duobus di/xi locis/uelim/ſecundum naturalem ordinem dicta intelligi. Po teris/aliam quoq; partem ſupra primum cãtum conſtituere:quæ

quidem in E la mi tertiæ maior fiet/ & octo partes naturales/& commodæ quidem coniungetur. Vt autem antedicta ligamina ob numeroſitatem inter ſe differentia eſſe dignoſcantur indicio ♮ quadri/& mollis demonſtranda erunt.

## ¶DE LIGAMINVM DIFFERENTIA PER ♮ QVADRVM AC ROtundũ cõpoſitoꝝ. Cap.xliiii.

c Vm partem ultimam inferiorem per ſignum ♮ quadri conſtituerimus/ac b mollis/diligenter erit examinan/dum:quænam illi ſocietas copulari queat. In inferiori q/dem loco prima uox locabitur in ſemiditono ſcilicet ſub Gãma ut mi dicendo. Secunda uox tertia ſuperior in eodem Gãma ut erit. Tertia uero in ♮ mi/quæ quinta ſupra primam uocẽ ueniet. Quarta in E la mi graui/quæ ſupra uocem primam fiet octaua. Quinta in G ſol re ut acuto ſupra eãdem primam decima erit. Sexta in b fa ♮ mi dicendo mi/quæ duodecima continget. Se/ptima in E la mi acuto/quæ decimaquinta reſpondebit. Octaua in G ſol re ut ſuperacuto/ quæ decimaſeptima fiet conſonantia. Nona autem uox in b fa ♮ mi ſuperacuto/ quæ cum antedicta prima uoce decimanona continget. Decima in E la propter ſub limitatem ſuam non ſatis commoda/quæ cum eadem uoce pri/ma conſonantiam faciet uigeſimamſecundam. Ex hoc autem loco/ſi ratio habeatur commoditatis humanæ uocis/ per uiam ♮ quadri/non eſt ultra progrediendum.

## ¶DE PROGRESSV EIVSDEM LIGAMINIS PER B MOLL. CAPVT.XLV.

q Vomodo autem per ſignum b mollis procedendum ſit nunc oſtẽdemus. Poſito primo cãtu in b fa ♮ mi fa dicẽdo/cautũ eſſe te oporrtebit/ ut cũ ſupradictus cãtus ꝑ b molle cãteť/ſuccedẽtes reliquę partes in eodẽ ſigno cananť. Ali ter.n.qnta incideret imꝑfecta inter F fa ut ſecundũ/& b fa ♮ mi primũ. Præterea Diapaſon quoqꝫ imꝑfectũ/qđ qdẽ a ſecũdo b fa ♮ mi ad primũ aſtẽdiť. Alia quoqꝫ uitia de illis uenientia in par tibus/q̃ graues ſunt gñata patrarenť. Hac de cauſa ſignũ b mol

Iis antedictum ſequi oportebit. In ipſo igit̃ b fa ♮ mi ſecũdo cantum locabis fa dicendo. Secũda uox in F fa ut acuto erit quæ in quarta uoce reſpõdet. Tertia uox eidẽ cãtui ſuberit in ſexta:q̃ in D la ſol re locum habet. Quarta in b fa ♮ mi priori:q̃ octauã efficiet. Quinta in F fa ut priori:q̃ qdem erit cũ dicto cãtu undecima. Sexta in D ſol re:q̃ decimatertia cõſonabit. Septima in ♮ mi per ãndictũ b molle cãtato. Octaua i Gãma ut:q̃ decimaſeptima efficiet. Nona & ultima locum in parte accidentali habebit poſt antedictũ Gãma ut p tertiã maiorẽ:q̃ p ſignũ b mollis cantabit: ſiqdẽ cõſyderatis aliis partibus ſupioribus ſtare aliter nõ poſſet: quiqdẽ locus decimanona ſub cantu erit. Ad inferiora pars hæc nõ deſcẽdit/pp incõmoda:q̃ ſupra in talibus progreſſibus narrata ſunt. Hæc ãt ideo proponere uolui ne ignorares/paruã quidẽ ineſſe differẽtiã/uel p ♮ quadrũ cõponas/aut canas/uel per b rotũdũ: Nã multis in locis partes alias ſic ordinatas/& p̃dicto modo procedẽtes ligare poteris/& erũt ęquales ac ſimiles/aut parũ qdẽ inter ſe differentes. Id ãt proximo ſupiori exẽplo & poſteriori in qbus ambobus locos nouẽ cõplexi ſumus/aptum fecimus. Sed partem inſuper aliam huic ultimo exemplo arbitrariã addimus:ut in E la ſcilicet alia uox inchoari queat:quę uigeſimaſecũda conſonabit/ſi fa in dicto E la dixeris. Aliter.n.ſi diligenter/& attente conſyderes/fieri nequit. Quare/ut finem his faciam/ſi prima præcepta accurate ſeruaueris/facile quidem/ac breui omnia:quæ cognitu neceſſaria ſunt/conſequeris/facilẽ.n.& apertam monſtrauimus uiam/qua ſic quidem in aliis quoq; poſitionibus/ac ligaminibus partes cum partibus ordinare/ac remouere aſcendendo/& deſcendendo poteris/ſi pauſis/& uniſonis/ſemibreuibus:ac minimis:& aliis ſimilibus(ut res poſtulabit)cãtilenã luueris/donec illã ſimplicem/ac diminutã ad exitũ/quo fieri poterit meliori modo/perduxeris: Nam cum ſit tibi cum tot partibus certamen/& ingenio/& arte nõ mediocri opus erit. Sed oĩa tibi ex ſententia ſuccedent/ſi præcepta hæc noſtra memineris ac diligenter ſeruaueris.

## ¶ DE MODO ET COMPOSITIONE VOCVM QVAE MVTATAE DICVNTVR. CAP. XLVI.

u Erum/qa Cantilenæ non nunq̃ uocibus quattuor ideſt partibus omnibus componi ſolent: quæ uoces mutatæ dicũtur quomodo id fieri debeat/ediſſeram. Voces eiuſ modi ob id quidem mutatæ appellantut/ ꝙ ſecundum aliarum puerilium uocum aſcenſum attolli nequeunt: Cantus.n.ipſe in eiuſmodi cantilenis:quia grauioribus ſolito in partibus conſtitui tur:cũ puerili uoce/uel ficta cani non poſſit: uirili canitur eorum ſcilicet:qui uel Altos/uel Baſſos canere cõſueuerunt. Quare in primis uidendum eſt:quonam modo id fieri oporteat: poſſes.n. terminos trãſgredi:& ad incõmoda ligamina peruenire. Quod ne fiat/diligenter tota res metienda eſt. Scito igitur/quantum ad aſcenſum/atq; deſcẽſum attinet/ a ſuprema uoce uſq; ad infimã in huiuſmodi compoſitione poſſe decimamquintam fieri/raro ad decimamſeptimam perueniri. Hoc autem in locis omnibus de quibus cantilena conſtabit/ſeruãdum erit. Si primus erit/aut ſecundus tonus/ aut quilibet ex aliis/talem ſeruabis in aſcenſu atq; deſcenſu legem. Hoc autem ideo faciendum erit/ne partes opprimantur:quæ uoces mutatæ dicuntur. Sed ne ulla tibi in ta libus tonis dubitatio ſuboriatur:quinam ſit primus ac ſecundus & reliqui toni/deſinentiam/ſiue terminationem regularium to/ norum paucis explicabimus. Primus igitur tonus/atq; ſecundus in D la ſol re terminatur/quos tibi proponam:ut/quantum aſcẽ dere cantus debeat/intelligas. Potes/quantum mutata uox exi/ gat/uſq; ad A la mi re ſuperacutum aſcendere. Igitur ſi in dicto loco terminaueris/ Baſſus uſq; ad decimamquintam iferriorem deſcẽdere poterit:quæ quidem eſt in A re. Duas partes reliquas: hoc eſt Tenorem & Altum in media regione/ideſt inter cãtum & baſſum conſtitues:quo meliori modo & commodiori poteris. Semper autem illud meminiſſe debebis/ ſeruanda tibi hac in re eſſe eadem præcepta: quæ de aliis compoſitionibus ante tradidi mus/neq; ulla in parte mutãda/niſi in cadentiis cum tenore:quę quidem non erunt eo modo/quo ſupra monſtratum eſt/facien/ dæ præſertim cum cantus compoſitionis eiuſmodi:quæ per uo/ ces mutatas fit/cadentiam aliquo in loco ſub C ſol fa ut faciet: quia pars grauis nimium depreſſa/& incommoda fieret/quem/ admodum exemplo comprobabimus. Puta/ſi cadentiam cãtus

In A la mi re facies acuto ſcilicet RE VT RE/tenor/quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt præceptis/in prima erit uoce ſcilicet re inferiori octaua:quæ in A re fiet.In ſecunda uero/ideſt in Vt in ſexta/quæ quidem erit in ♮ mi. In ultima demum ideſt in RE/in octaua/in qua quidem compoſitione Baſſus/quemadmodum uidere poteris/incommodus admodum ueniet. Si uero Baſſum ſub prima tenoris uoce locaueris/ſicut illi conuenit: oportebit quidem/eum in uniſono/aut in inferiori tertia ſociari. Si per tertiam ſociaueris/uocem quidem unam ſub Gamma ut habebit. Sin per uniſonum in dicto A re. Secundæ uero tenoris notæ Baſſus in quinta ſuberit/quę quidem quinta in accidentali poſitione locata tribus erit ſub Gamma ut uocibus. Vltima demũ nota libera quidẽ/& cõponẽtis arbitrio relinquit. Quare/ut eiuſmodi uitentᷣ incõmoda cadẽtias nõ facies tenoris cũ cãtu eo modo/quo diximus/ſed ad uniſonũ/ſicut oſtẽdã cõfugies/& ſic Baſſi quidem loci non accidẽtales quidem erunt/ſed naturales.

## ℂDE CADENTIIS PER uniſonũ faciendis.CAP.xlvii.

e Rgo/ut cadentiæ per uniſonum ſociandę modũ oſtendam/& præceptum/quod modo propoſui/apertius faciam/exemplum afferam.Cantum igiᷣ in eodẽ A la mi re terminemus/dicamuſq; RE VT RE. Si antedictas partes cõmode uolemus diſponere/dãda erit opa/ut prima tenoris nota/quæ ſupra primã cãtus reſpõdebit/in uniſono ſocieᷣ/aut i tertia ſuperiori/quæ quidẽ in C ſol fa ut erit/& ſecunda in b fa ♮ mi acuto/quæ per tertiã ſimiliter procedet. Dein uero ultima in alterum uniſonũ deueniat/quæ quidẽ in antedicto erit A la mi re. Sic quidẽ locos in Baſſo habebimus ordinarios:ac naturales ꝓut Baſſi/& alti ſocietatẽ/qđ ſequẽti capite apparebit cõſtituerimus.

## ℂDE SOCIETATE ET COMPOSITIONE IVXTA PRAECEPTVM ANTEDIctum. Cap.xlviii.

s I ſupra tenorẽ in tertiã cantum terminaueris:q locus ac terminus in C ſol fa ut erit/Baſſus quidẽ ſub dicto tenore in decima reſpõdebit/quæ erit in A re/ſub cãtu uero

Diapaſon. Altus in E la mi acuto/q duodecimã ſupra Baſſum faciet/ſupra tenorẽ uero tertiã/ſupra cantum quintã. In ſecunda dicti cãtus uoce in antedicto E la mi remanebit/ & octauã ſupra Baſſum reddet/ſupra cantum ſextã/ſupra tenorẽ quartã. In ultima uero cantus uoce Baſſum in octaua ſub cantu conſtituemus & tenorẽ ſimiliter/qa in uniſonum dicta cantilena terminaẽ. Altum in eodem loco/ ideſt in E la mi relinquemus antedicto qui duodecimam ſupra Baſſum faciet/quintã ſupra tenorem/& cãtũ. Ipſe autẽ Altus ex antedicto loco ideſt de E la mi in ſubiectũ C ſol fa ut transferri poterit/ut decimã cum Baſſo faciat/tertiam minorem ſupra cantum/atq; tenorem. Quare / ſi uoluerimus eiuſmodi ligamen facere/añdicta tertia in C ſol fa ut poſita cauſa melioris conſonantiæ ſuſpẽdetur/aliter.n. Decimam cũ dicto Baſſo minorem faceret. Tertiã quoq; minorem ipſo cum cantu atq; tenore cõiungeret. Quare ob huiuſmodi cauſas ſuſpẽdẽda erit. Quod aũt de A la mi re dico/multo magis de ſubſequentibus moneo/ne ad inferiores cadẽtias deſcẽſus fiat/niſi per terminũ/ac ligamen datum ptranſeaẽ: Nã ſi in ultium cadẽtia in A la mi re labiẽ/multo magis in G ſol re ut laberẽ acuto/atq; in F fa ut graui. Igiẽ/qui talem uocum mutataq; compoſitionem aggredietur/cautum eſſe oportebit: ut ordine cõmodo: ac naturali procedat/& incõmoda accidentalia deuitet/ quæ proculdubio non effugeret/niſi propoſitum ſibi ordinem diligenter ſeruaret.

## ¶ DE TERMINATIONE ET COMPOSITIONE TERTII ET QVARTI TONI. CAP. XLIX.

S I cãtilenę terminationẽ in E la mi acuto cõſtitues nõ poteris iildẽ ligaminibus: aut ſimilibus/ſicut ſuperiori exẽplo monſtratum eſt/procedere ob uitia/quæ(ſicut oſtẽdam) inciderent. Igitur/ſi cãtilenam in E la mi antedicto poſuerimus/ac dixerimus/Mi re mi/cadẽtia huiuſmodi ordinaria eſſe non poterit/quemadmodum in capite de cadentiis monſtratum eſt/nec etiam in præſenti per uniſonum cadentia. Quod ſi per primam uocẽ mi cantus cum tenore progredi uoluerimus/oportebit/ per octauam/aut ſextam(ſicut eodem capite monuimus) id facere. Sequens autem uox cantus ſcilicet RE tenorem ſub ſe

habebit in ſexta/quæ in F fa ut graui reſpondebit. Vltima de/mum uox i octaua/ubi ſi Baſſum ſociare uolueris ſeruata etiam cadentiarum lege/ac præceptis/minime poteris/quia ſuo loco Baſſum ponendo ſub prima tenoris uoce/quæ in F fa ut graui eſt/idem Baſſus per diapente reſponderet:quod quidē ligamen propter quintam imperfectam non conceditur:quę quidem a ♮ mi ad F fa ut graue reperitur. Si uero ſub ultima uoce terminare uolueris/iuxta ordinem/ac præcepta:quæ de Baſſi ligaminibus ſupra tradidimus Baſſus neceſſe eſt/per diapaſon deſcendat/qđ quidem proculdubio in poſitione accidentali fiet tribus ſub Gā/ma ut uocibus mi dicendo/Et quia deſcenſus/quem faceres a ♮ mi per b molle cantato deſcendendo cum dicto fa ad quintam inferiorem dicendo mi/ualde laborioſus/& incommodus eſſet: tollerabilis non eſt. Quod ſi uolueris etiam aſcendere/& antedictam ultimam uocem tenori in uniſono ſociare/& relinquere antedictum ♮ mi per b molle cantatum:aſcenſus quidem per infa/mem/ac abominabilem tritonum fieret dicēdo Fa fictum: qđ in ♮ mi uſq; ad E la mi graue eſt. In quibus quidem ligaminibus duo iam oſtēdimus uitia. Tertium reſtat/de quo etiam dicemus. Si uolueris:dictam quoq; uocem ultimam facere quintam ſupra tenorem/& in eadem quintam terminare neceſſe erit/ut mi non non autem fa dicamus. Ratio quidem eſt/quia tenor in illa uo/ce mi:q̄ eſt in E la mi ſub cātu i octauā terminat̄. Quare ne imp/fectū diapēte cōmittatur/mi pronūciandū eſt: qđ nequaq̄ cōce/dit̄/qa ſi a Fa receſſeris/qđ in ♮ mi fingit̄/& octauā ſupra ipſum ♮ mi facias/uox qdē nō ſine maxima difficultate ꝑnunciari pōt. Quare/ut eiuſmodi uitia uitent̄/talis quidē ordo nō ſeruabitur.

## ¶ QVOD ETIAM NON CONCEDITVR AN/TEDICTAM Cātilenā per uniſonū terminari. Cap. L.

Qvod tenor cū cantu per uniſonum in antedicto E la mi terminari nō poſſit ratione cōſtabit. Si tenorē cum dicta cadentia mi re mi in uniſono poſueris/oportebit/ſecun/dam notam per tertiam unam ſupra cantum locari/quæ in F fa ut acuto reſpōdebit fa dicēdo. Si autē Baſſi notā ſociare uolueris

ſub antedicto fa tenoris/quod eſt in F fa ut/neceſſe eſt/ ut quin/tã cum dicto fa reddat/& quia impfecta eſt non conceditᷣ/ſi qui/dẽ inter ♮ mi/& F fa ut qntã eiuſmodi eſſe conſtat. Quare/ut ſi milia oĩa de cantilena tollantur uitia/ quæ etiã in cæteris poſſent accidere ligaminibus/cautus eſſe debebis:& alium quẽpiã cõmo diorem modum/ſicut in ſuperioribus apparet præceptis/ſerua/re.Quod etiã accideret/ſi cadentiã in b fa ♮ mi priori facere uel les/ac diceres mi re mi:Nam in partibus inferioribus multa qui/dem alia uitia contingerent/quẽadmodum ſequẽti quoq; exem plo monſtrabimus.Quæ autem de hoc priori b fa ♮ mi fuerint: de poſteriori quoq; dicta intellige.Diuerſi quidem loci/ſed idem effectus.Igiᷣ/ſi in dicto b fa ♮ mi dixeris in cantu mi re mi:& uo/lueris tenorẽ per ſextam/ uel p octauã in cadẽtia ordinaria proce dere/Baſſus idoneos nõ habebit locos/quia tenor ſub prima q/dem nota cantus ideſt ſub mi erit in octaua/& in locum ♮ mi in/cidet.Poſt uero ſecũdum dictũ ordinẽ ſub ſecũda cãtus nota id/eſt ſub re p ſextã ſociabiᷣ:quæ eſt in C fa ut. Baſſus autẽ una no ta ſub Gãma ut fa dicẽdo/eritq; ſub tenore quinta. Vltima uero tenoris cãtum in octaua terminabit/q̃ quidẽ erit in ♮ mi. Baſſus autẽ per mi nõ poterit in octaua procedere/qa nota/q̃ præcedit ſonat Fa.Per dictum ãt Fa deſcẽdere per qntam/qa eſt incõmo da/ac nõ reſpondens/minime conceditᷣ.Quod ſi forte dictum ſi nem ſociare cũ tenore in uniſono uolueris/opus erit pfugiẽdum tritonum aſcẽdere/q quidẽ eſt ab antedicto Fa uſq; ad ♮ mi : qđ quidem tollerabile non eſt.Quod ſi etiã in ultimum eius locum quem habere poteſt.i.in quintam ſupra tenorẽ antedictum/quę in F fa ut graui eſt/reducere uolueris/nequaq̃ poteris / qa ſupra tenorẽ antedictũ diapẽte impfectũ reſpõdet/ſcilicet a ♮ mi ad F fa ut/atq; ab eã cauſam nõ cõcediᷣ. Vides manifeſtis rõnibus & exẽplis cõprobata eſſe/q̃tũ oportuit/ea/q̃ diximus. Tu qdẽ in ſi milibus/ſi examine diligẽti oĩa ppẽderis/iã cautior eſſe poteris.

## ❡CAVTIO ADVERSVS uitia ſupra mõſtrata. Cap.II.

q Via terminatio ſiue cadentia/quã ſupra oſtẽdimus ter/tii/quartiq; toni ligaminibus antedictis Baſſorum:q̃ mõ ſtrauimus/ non reſpondet/adhuc aliqua de ea/ut aptior

ſiat/ſubiiciemus. Ergo antedictam cantilenam in E la mi loce/mus/dicamuſq; mi re mi. Hoc ubi faciemus/oportebit quidem in tali cantilena priorem ordinem remouere/ideſt ut/qui Baſſus erat/tenor fiat/ac eodem modo/ & ordine tenoris antedicto per octauam/& ſextam:ut in præcepto tenoris diximus/ procedere. Exemplo/ut res fiat apertior/agam. Antedicta igitur cantus ca/dentia erit Mi re mi/ Baſſus ſub prima quidem nota erit in octa/ua:uel in ſexta. Et in octaua qdē ſi fuerit:tenor ſub prima cantus nota per Diateſſaron ſubiicietur/qui ſupra Baſſum in qnta con ſonabit. Si uero per ſextam Baſſus in antedicto mi fuerit: tenor de prædicto loco non remouebitur ſcilicet de b fa ♮ mi:ac mi di/cetur:& ſupra Baſſum tertiā faciet. In ſecunda uero nota re:Baſ/ſum in ſexta locabis:quæ in F fa ut graui erit. Tenorem uero ſu/pra Baſſum in tertia ſtatues:quę quartam ſub dicto cantu faciat. In ultima uero cātus nota ideſt in Mi Baſſum ī octaua ſubiicies: quæ quidem in E la mi graui erit. Tenorem uero ſub eodem mi etiam in altera quarta ſociabis:quæ ſupra Baſſum quintam effi/ciet/ & gratiſſimus erit concentus. Sed ut noris etiam:quæ ad Al tum pertineant/conuenientia/illi/& ea:quæ neceſſario illi debe/būtur/ligamina proponā. Igit̄/ ſi Altus ſupra primam Baſſi no/tam:q̄ in E la mi graui eſt/locabit̄/ſexta cantui reſpōdebit: teno ri uero tertia. Si uero ſupra ſecūdam dicti Baſſi notam:quæ in F fa ut graui eſt:per tertiam unam ſub dicto Baſſo Altus ipſe con/ſtituetur:quæ quidem tertia in D ſol re erit/& ſub cantu octauā: ſub tenore autem quintam faciet. In ultima demū nota Altum quidem ſupra Baſſum ipſum in tertia ponemus:quæ in G ſol re ut acuto erit:quæ cantui reſpondebit ſextam inferior. Tertia itē inferior tenori fiet. Qua quidem terminatione ultima illa nota cauſa melioris conſonantię ſuſpendetur:quia tertia minor ſupra Baſſum cōtinget/& gratā admodum reddet Harmoniā: & hac ratione quidem tot uitiis obſtabitur:quę/niſi caueantur interci/dent. Quod autem in his ſimplicibus cadentiis dico de duplica tis etiam intelligendum eſt quas quidem non aliter intelligi du/plicatas uolo q̄ cum ſic proferunt̄:RE RE VT RE MI MI RE MI. FA FA MI FA. SOL SOL FA SOL. LA LA SOL LA. Verum ut noueris/quid tibi in duplicatis quoq; ca/

dentiis per uniſonum ſit faciendum/ quemadmodum pauloãte in ſimplicibus feci/ut rem tibi facilem & apertam reddam/p exẽ pla gradiar/p quæ uitia quoq; patbunt/quæ in antedicta ſimpli/ci cadentia mi re mi accidere poſſunt. Sed illud memineris cadẽ/tias antedictas/quę per uniſonum fient/ubiq; non concedi. Hoc autem ob id quidem moneo/ quia ſi tales forte cadentias in ali/qua poneres cantilena/& illæ paulo altiores forent/ad eam te/nor altitudinem tolli non poſſet. Hoc autem in iis cantilenis:quę mutatas habent uoces/quarum ſupra meminimus/ conceditur: in illis etiam quæ duos cantus habent: cuius quidem rei iuxta or dinem ſupra datum exemplum tale proponam. Erit in F fa ut acuto cadentia cantus quæpiam duplicata/ & puta dicetur Fa fa mi fa:in qua tenor ſemper/anteq̃ terminetur/diſſonantiam il/lam patitur:quæ ſecunda dicitur hoc modo/ſub primo fa tenor in eadem uoce per unam ſemibreuem locetur in ſecundo quidẽ Fa tenor ipſe in eam/quam dixi/diſſonantiam deueniet:quę qui dem in G ſol re ut ſuperacuto erit dicendo ſol. In tertia uero can tus eiuſdem nota uidelicet in mi tenor in dicto G ſol re ut ſubſi/ſtet/ac tertiam ſupra cantum faciet. At in ultima cantus nota te/nor in uniſonum deducetur/& ſic duplicatæ dicentur cadentiæ: & in uniſonum terminatæ. Quod autem in hac dicimus/idem in cæteris ſeruandum monemus. In tali autem compoſitione quonam pacto alia quoq; diſſonantia:ſed in Baſſo accidat/oſtẽ/dam/quanq̃ duobus quidem modis in tali progreſſu ligamen fieri poſſit:ex quibus illa/quam dixi/diſſonantia ueniet:ſicut exẽ plo manifeſtum faciam. Ante omnia quidem oportet Baſſum ſubeſſe primo illi Fa/quod in cantu eſt/per octauam/ quæ in F fa ut graui erit. Sub ſecundo Fa Baſſus idem in quarta ſuberit: & fiet prior modi prioris diſſonantia/eritq; in C ſol fa ut/ quæ cum tenore quintam faciet. Cum tertia uero nota ideſt cum Mi Baſſus per tertiam ſociabitur/ipſi uero tenori per eandem quin tam. In ultimma uero/ideſt in illo fa poſtremo Baſſus cum can/tu/atq; in octauam deueniet:& gratus fiet concentus/ac eiuſmo di diſſonantia tolerabitur. Illud tamen meminiſſe debes/fore: ubi talem ſequeris ordinem:ut Altus ex ſuis unum amittat lo/cis/quem Baſſus occupabit/quando in C ſol fa ut aſcendet/&

cum ſecunda cantus nota quartam inferiorem faciet. Cum ter/tia uero tertiam reddet. Talis tamen ordo illi magis cantilenæ conceditur: quæ de tribus conſtat partibus/ q̃ illi/ quæ quattuor cōplexa eſt / idq; ob eā/quam diximus/ cauſam/quia ſcilicet Al tus locum ſuum amiſit. Quare melius quidem erit/ita uoces col ligare: ut ſcilicet Baſſus ſecundæ illi notæ per undecimam re/ſpondeat/ quæ alia quidem erit diſſonantia. Tertiæ autem per decimam/quæ quidem coniunctio ſub illi duabus tenoris uoci/bus/quæ in G ſol re ut ſuperacuto erunt/duas quidem duodeci mas reddet/ & aptus locus/ & pariter gratus in C ſol fa ut Alto nō deerit/qui quidem ſupra Baſſum diapaſon efficiet/ Tertiam ſupra cantum/ſub tenore quintam. Hinc proceſſus/ & huiuſmo di copulatio uocum probabilior erit/quam in cęteris quidem ſi/milibus ſeruandum monemus.

## ¶ DE VARIA CANTILENAE COMPOSITIO/NE QVAE PER FVGAM VVLGO dicit. Cap. iiii.

Imitatio in Cantilenis/ſiue fugatio de parte in partem fieri ſolet. Eſt autem ideo dicta imitatio / ſiue fugatio: quia ſubſequens: uel antecedens præcedentis uoces par tis/uel ſubſequentis eaſdem nomine/ſed locis diuerſas repetit: & uel quaſi imitando pronunciat/uel quaſi ſubſequendo fuga/re uidetur. Cuius etiam rei/ quia uariis fieri modis conſueuit: præcepta trademus. Igitur imitatio huiuſmodi / ſiue fugatio duobus quidem in locis hoc eſt ante / ac poſt fieri ſolet per ter/tias omnes/per omnes item ſextas/per quintas/ & ſextas ſimul: ideſt ut quintæ præcedant/ ſextæ ſubſequantur. Item eodem modo per tertias/ & ſextas. Demum per continuas decimas: per tertiam unam prius/ & per ſextam / poſtq̃ per tertias fuga/bis. Igitur ſi Cantum in C ſol fa ut poſueris/ ac dixeris VT RE MI FA SOL LA: Tunc Tenor per duas pauſas ſemi/breuium motabitur/ac eaſdem notas / atq; in eadem poſitione: ideſt in C ſol fa ut reſumēs repetet/donec placuerit. Si uero per ſextas id facere uolueris expectabis duas etiā ſemibreuium pau ſas/ & tenor eaſdē repetens notas a G ſol re ut acuto inchoabit p

quintam/& ſextã ſimul in aſcenſu id ſit/atq; deſcenſu. Et i aſcen ſu quidem tenor aliquando prius per quintam/aliquando etiam prius per ſextam ſubſequetur/& id quidem exemplo monſtrabi mus. Si cantus in D la ſol re inchoabit/& dicet Re mi fa ſol la: tenor ſub eo quintam faciet pauſam unam de minimis expectã do/quæ quinta in G ſol re ut acuto erit/& eaſdem cantus notas retinet. Illud tamen ſciẽdum/oportere tunc ipſum tenorem per b molle cantari/neque.n.aliter notas cantus imitaretur/ quas di ximus/& ex hoc quidem ligamine quintam ſemper prius habe/ bis:poſterius ſextam. Quod ſi per ſextã uoles aſcendere:ut qn/ ta ſequatur/oportet quidem/ut pauſam unam ſemibreuium ex pectes/& ut prima tenoris nota/per quam aſcendes/minima ſit: reliquæ ſemibreues/& ſic ſextam prius ſemper habebis/ quintã poſterius. At ſi per eaſdem notas deſcendes/tenor etiam in ipſo deſcẽſu per quintam unam ſymcopatam in eandem euadet cõ/ poſitionẽ. Verum/ut notis:cur in tali compoſitione fuga dicatur ſymcopata:quæ non ſolum in deſcenſu ſit/ſed etiam in aſcenſu: ſcito quintam antedictam: quę ſymcopata dicitur/eſſe illam qui dem notam b mollis:quæ in D la ſol re eſt: nam ſi tenor eodem ordine deſcendat:neceſſe quidem eſt/la ſol fa mi re dicat/& illud la nota ſit minima/reliquę uero ſemibreues. Cantus autem ſub/ ſequens tenorem ab A la mi re incipiens per omnes ſemibreues dicat ipſe quoq; la ſol fa mi re. In quo quidem ligamine ſemp te/ nor illum per unã minimã præcedet: ac per quintam/& ſextam (ſicut uidere poteris) deſcendet. Hoc autem tã per fugationẽ di minutã/q̃ per ſimplicẽ facere poteris/& hinc fuga ſimplex dimi nuta/& ſymcopata naſcet. Q đ ſi p decimas hoc etiã facere uo/ lueris:exẽplo quidem/quomodo id quoq; faciundũ ſit oſtẽdam. Cãtum puta in E la mi cõſtitues acuto:dicesq; Mi fa ſol re mi fa. Si uoles ut tenor/uel Baſſus eundẽ progreſſum imitet:ac p deci mas fuget/neceſſe quidem erit:ut per duas ſemibreuium pauſas prẽſtoleris:ac moram facias/& in E la mi graui tu quoq; inchoes & ſic fugatio p decimas continget/& tu quidem tunc poſterior eris/in deſcenſu tamen prior. Si uolueris tu quoq; p antedictum progreſſum deſcendere:atq; ut cantus poſt te per decimas ſequa tur/facito/ut cãtus per duas expectet pauſas/ac ſic te ſubſequet;

& eundem ſortietur exitum. Poſſent hæc quidem multis etiam alii fieri modis/quos/ne ſim prolixior/prætereo. Si tamen hæc in uſum:ac exercitationem trahantur/ſufficere poterunt. Paꝶ.n. præcepta diligenter tradita proderunt/ niſi elaborata/& frequẽs exercitatio ſequatur.

## ❡DE PROPORTIONIBVS. CAPVT. LIIII.

Venio nunc ad ultimam huius operis partem/ ac difficillimã/quæ eſt de proportionibus/ quas tamen ſic me quidem explicaturum ſpero/ut facilia/ & peruia fiãt ſtudioſis omnia. Primum qd ſit proportio dicemus. Dein cætera: quæ ad illius cognitionẽ pertinere uidebũtur/& illaꝶ genera quinꝙ explicabimus. FLAMINIVS. Audiui ego quidem mi Aaron non paucos de hac re diſſerentes/qui rem ſuapte natura difficilẽ uiſi ſunt mihi narratione ſua difficiliorẽ/ & magis cognitu arduã reddidiſſe. Quæ res quidem fecit/ut conicerem/quanta ineſſet iſti rei difficultas:de qua te nũc dictuꝶ uideo. Verum nõ eſt amplius/quod mirer/ex iis.n.quæ tibi iam per totum opus non modo copioſe/ac luculenter/ſed etiam ſubtiliter narrata ſunt/ſatis intelligo/eſſe cantores plurimos quidem/muſicos autem ꝑ paucos inueniri. Sed perge quęſo/nihil eſt.n.ex omnibus quę abs te iam dicta ſũt plurima/& pulcherrima/& cognitu digniſſima:qđ mihi ob id/quod modo dixi/gratius futurum putẽ. AARON. Alios mi Flamini neſcio. Ego/qđ ad me attinet:ſpero hac etiam in parte tibi me factuꝶ ſatis:ſic quidẽ/ut dicas:nihil ultra tibi quęrendũ eſſe. Ad rẽ igit̃ uenio. Proportio quidẽ eſt numeroꝶ quantitas ĩter ſe collatoꝶ ideſt duoꝶ terminorum quãtitas æqualium uel inæqualium: Nã proportio duplex eſt æqualitatis ſcilicet ac inæqualitatis. Aequalitatis quidem eſt/quando duo æquales numeri cõparantur/ideſt quando duoꝶ ad duo/trium ad tria/quattuor ad quattuor fit cõparatio. Altera uero inæqualitatis eſt/ubi collati numeri ſunt inæquales/ut cum tria duobus/quattuor tribus cõparãtur. Dicitur etiã maioris & minoris inæqualitati proportio. Quaꝶ quidẽ proportionum uarietatem cantilenæ mẽſurabiles indicant. Exẽplum proponã. Erit cãtilena/cuius initium: aut medium/aut finis notã habebit numeralẽ/ q̃ tria ſignificat:

ſubſequetur aũt altera numeralis nota/quæ duo ualet/aut illam habebit/quæ quattuor refert/ſuccedente nota/quæ tria cõplectitur huiuſmodi notæ ſiue litteræ/quæ numeros continent/ maiorem numerum/ſiue quantitatẽ præmõſtrãt/quas numerus minor ſubſequitur. Talis proportio maioris dicit̃ inæqualitatis/q̃a maior numerus minorem præuenit. Minoris uero inæqualitatis proportio ordine fit contrario/quando ſcilicet minor maiori numerus ãponit̃: ut cũ duoꝝ ad tria/triũ ue ad quattuor ſit cõparatio. Q uãdo igit̃ in cantilena reperies tria cum duobus/talis q̃dem proportio ſeſqualtera erit. Sed ſi duo præcedant:tria ſubſequant̃/ſoluta erit/& euaneſcet illa proportio. De cæteris idem ſimilibus intelligẽdum eſt:numeri.n. illi/uel maiores/uel minores præpoſiti diuerſitatem illã ingenerãt. Igit̃ ſi maior numerus minori cõparabitur/erit quidem talis proportionis ſpecies/qualem numeri illi mõſtrauerint/qui quidẽ numeri ſi locum mutauerint euaneſcet illa proportio/atq; ad ſuam mẽſurã/quã circulus/uel quicunq; alius index oſtenderit/notæ illæ redibunt. Sed nõnulli ſunt:qui quidem in ſuis cãtilenis in proportione ſeſqualtera:quã ſub indice temporis imperfecti notant/non faciunt/quãtum index ille depoſcit/ideo quidẽ:ut nullã faciant inter proportionem ac indicem imperfecti t̃poris differentiã / id quod minime concedendum eſt. Id aũt quomodo faciãt/exẽplo/qđ proponã/fiet aptum. Igitur/qui hoc faciunt/indicem ſemicirculi ſecti in fronte cantilenæ ſtatuunt/poſtmodum proportionem adiiciũt ſeſqualteram. Volunt igitur hac ratione/ut breues perfectæ ſint/utq; ſemibreues alterentur/ nec aduertunt / ꝙ eiuſmodi proportio: quam tria/& duo ibi ſcripta indicant/tempus perfectum ſignificare non poteſt/& proportionem ſimul. Id.n. ſi ueꝝ eſſet/ illud quidem ſequeretur/non eſſe neceſſarium initio cantilenæ perfecti tẽporis indicium/ Nam ſi tria illa cum duobus adſcripta uim talem haberent/ut breues eorum ui/ac poteſtate perfectæ fierẽt: ac ſemibreues alterarentur/fruſtra quidem(ut opinor)muſici indicem perfectionis excogitaſſent. Q uare/mea quidem ſententia/minime illis aſſentiendum eſt/quia breues perfectæ/ ac ſemibreues alteratæ ſolummodo ſub indice perfecti temporis/ideſt ſub circulo:non autem ſub ſemicirculo eſſe poſſunt. Ergo/qui

uolet/in proportione ſeſqualtera breues eſſe perfectas/ac ſemi/
breues alterari/indicem perfecti temporis in fronte cantilenę af/
figere debebit:Omnis.n.proportio ad antecedētem indicē redu
citur. Quare(ut dictum eſt)breues quidem perfectæ/ac ſmibre
ues alteratæ in proportione ſeſqualtera ſub circulo mōſtrabunť.
At in proportione tporis impeſfecti ſub indice ſemicirculi/uel p
notas etiā nigras ſub ādicto ſemicirculo indicabunť: Notæ.n.
q̃diu nigræ fuerint/ſeſqualteræ menſura canentur/neq; alio erit
opus indice proportionis: Nam nigrę quidē notæ p ſe ſeſqualte
ram proportionem indicant/in qua nec perfectæ breues/nec ſe/
mibreues alteratæ reperiuntur.Idem uero de proportione per ſe
mibreues/ac minimas facta intelligendum eſt/nanq; in eadē cō
paratione in dicta proportione idem ſolent efficere. Qui autem
uolunt/ut ſub indice prolationis imperfectæ fiant perfectæ ſemi
breues/& alterentur minimæ/non aduertunt/q; ſemibreues pfe
ctæ & minimæ alteratę ſolū in prolatione pfecta repiunť:q̃ qui/
dem uel p circulum/uel per ſemicirculū cū pūcto mōſtrať. Qđ
autē de perfectis breuibus/ac ſemibreuibus alteratis ſub indice
perfecti tēporis diximus:etiā de ſemibreuibus pfectis:ac de mini
mis alteratis;ſub indice plationis pfectæ dictū intelligi uolumus.

## DE GENERIBVS QVINque proprortionū.Cap.liiii.

Vemadmodum ſuperiori capite qd ſit proportio decla/
q rabimus/ita nunc/quinq; eſſe proportionū genera mon
ſtrabimus:quoꝝ qdē primū dicič multiplex.Secūdū ſu/
per particulare. Tertiū ſup patiēs.Quartū multiplex ſupparticu
lare.Quintū multiplex ſup patiēs nominať.Que genera i duas
parteis diuiduntť/ideſt in ſimplicia/& cōpoſita. Et genera qdem
ſimplicia ſunt multiplex ſup particulare:& ſup partiēs.Cōpoſita
multiplex ſup particulare:& multiplex ſuper patiens.

## MVLTIPLEX GENVS.CAPVT.LV.

Vltiplex genus eſt numerus ille maior:q pluries i ſe mi/
m norem continet:ſicut duo ad unum relata. Tria ad unū.
Quattuor item ad unum/& quinque ad unum. Sex ēt
ad unū.Ex quo quidē progreſſu cōplures generanť ſpēs. Prima

quidẽ ſpẽs dupla proportio eſt : ut ſunt duo ad unũ:qa numerus maior ideſt duo bis minorẽ hoc eſt unum continet:& huiuſmodi proportio in cãtilenis frequens eſt/& non incõmode cãtatur. In cantilenis quinq; modis hac utimur. Primus quidẽ modus eſt cũ ſemicirculo ſecto contra ſemicirculum nõ ſectũ: & punctum nõ habentẽ:ſicut in capite de cõparationibus indicum oſtendimus. Secũdus/qñ nota numeralis:q̃ duo ſignificat:inſcribiť & uni opponiť:duo.n.hi numeri duplã proculdubio proportionẽ indicãt. Tertius eſt/qñ ſemicirculus ſectus cõtra ſemicirculum ſectũ in/ueniť:apud quẽ ſit nota numeralis:q̃ duo ſignificat. Quartus ãt quãdo index perfecti tp̃oris ideſt circulus ſine puncto nõ ſectus alteri circulo ſecto oppoſitus ĩueniť. Quintus deniq; modus eſt: qñ ſub indice tp̃oris imperfecti ſemicirculus in cõtrarium uerſus inuenitur:q & ipſe duplam ſignificat. Secunda ſpecies tripla dicitur:quæ fit/quando maior numerus ideſt tria in ſe minorem ter continet/hoc eſt unum:quæ quidem proportio uno tantum modo oſtendiť ſcilicet p litteram ſiue nota numeralẽ:quæ tria ſignificat præpoſita litteræ quæ unũ refert. Tertia ſpecies quadrupla dicitur/quia quaternarius numerus ideſt quater monadem:ideſt unum complectiť. Sed rara eſt in cãtilenis huiuſmodi proportio. qua tñ ſi quis uti uelit:debebit cum numeris eo modo:quo in cę/teris monſtrauimus:uti ideſt cum nota:quę in numeris quattuor ſignificat/præpoſita notæ : quæ unum oſtendit/ illam indicare. Quinta demum quintupla dicitur : quæ ſic quidem appellatur: quia maior numerus quinquies in ſe unum cõplectiť:quę & ipſa ſimiliter per notã:quæ in numeris quinq; ſignificat ſubſequente nota: quæ unum dicit mõſtratur. Sed & hęc quidem per raro in/ueniť. Sexta ſpecies ſextupla diciť eadẽ rõne qua & quintupla/& reliquæ de numero noiant:qa ſex in ſe ſexeis unũ cõtinẽt:& eo/dẽ modo:quo cætere p notas numerales oſtẽdiť. Sed & hæc ipſa inuẽtu rariſſima eſt. Poteris hoc ordine ultra/q̃tũ uoles ꝓgredi.

## SVPERPARTICVLARE GENVS. CAP. LVI.

s Ecundum genus ſuper particulare dicitur : qui quidem eſt numerus maior minorem ſemel in ſe continens/ac inſuper partem ipſius numeri aliquotam : utcum trium

ad duo ſit comparatio:ſex ad quattuor:nouem ad ſex. De cæte/ris idem intellige. De quo etiam genere plurimę quidem ſpecies oriuntur/quarum prima eſt proportio ſeſqualtera. Secunda ſeſq tertia. Tertia ſeſquiquarta. Poteris ultra/quantum uoles progredi. Seſqualtera dicitur/quia maior numerus minorem continet: ac partem eiuſdem minoris dimidiam: Nam ſi trium ad duo fiat comparatio/tria ipſa continēt duo/& dimidium duorum ideſt unum. Huiuſmodi autem proportiōe tribus modis utimur: quorum primus eſt/quando numeralis nota/quæ tria ſignificat:præponitur illi/quæ duo continent. Secundus/quando notæ nigræ ſub indice temporis imperfecti ſunt/ neq; tunc opus eſt/alium apponere indicē:eſt.n. Hemiolius græco uocabulo dictus: ſicut tu Flamini/ut alia multa/quibus muſici utuntur:mihi ſepe dixiſti. FLAMINIVS. Eſt quidem mi Aaron hęc dictio:ut ſępe dixi/gręca/& ſic cōpoſita:ut totum:ac dimidiū dicat: ſiqdem apud gręcos to himiſy dimidiū olon uero totum ſignificat. Sed pergæ. AARON. Ita ſane eſt/& ex iis:quæ modo dixi/minime dubium eſt. Tertius eſt/qui per ſemicirculum ſectum/ qui punctum habeat/indicatur. Sed hic quidem inuētu rarus eſt. Secunda ſpecies ſeſquitertia dicitur/in qua numerus maior minorem continet:ac tertiam illius partem. Hæc autem proportio duplici quidem modo indicatur/ & priori quidem per numeralem notam:quæ quattuor ſignificat/ſed illam ſubſequitur nota:quæ tria cōtinet. Poſteriori uero per indicem perfecti temporis cum ſemicirculo in contrarium uerſo / cuius rei abunde mentio facta eſt/ubi de comparatione indicum locuti ſumus. Attamen ſub talibus indicibus æqualis diuiſio non eſt/& per raro inuenitur/nec facile cani ex tempore poteſt. Igitur eſt prius eiuſmodi cantilena diligenter examinanda/quia ibi erunt breues/quæ ad menſurā minimarum redactę erunt/quędam etiam ſecundum propriam menſuram canendæ/quia(ſicut dixi) æqualis ibi diuiſio eſſe nō poteſt/quæ quidem in proportione ſeſqualtera cernitur. Nam ſi quattuor uelis in tres partes diuidere/facias id quidem per ſemibreues/minimaſq;/ac ſeminiminimas/uel per quaſcunq; alias uelis/æqualem nunq̄ diuiſionem inuenies/quam recte in ſeſqualtera facere poteris:nam ſi tres quidem ſemibreues in duas ęqua/

leis partes diuidere uolueris/poteris quidem/ ſemibreues illas in ſex partiendo minimas. Poteris etiam minimas illas in duodecim ſemiminimas partiri/& partiũ æqualitas inuenietur. Quod ſi uolueris adhuc magis imminuere/licebit quidem/ ac diuiſioni illi ſemper inerit æqualitas. Ergo ſi in ſeſquitertiam proportionem incideris/priuſq̃ canere incipias/examinanda erit(ut dixi) cantilena diligenter/ne per imprudentiam labaris.

## SVPERPARTIENS GENVS. CAP.LVII.

g Enus ſuperpatiens dicitur maior numerus minorem ſemel deinde duas/treiſuę:aut plures partes continens:ut ſunt quinq; ad tria relata. Octo ad quinque. Nouem ad quinque. Cuius etiam ſpecies plurimæ quidem ſunt/quarum q/dem prima ſuperbipartiens ſecunda dicitur/ quæ fit/ quando maior numerus non ſolum totum minorem/ ſed & duas præterea illius parteis continet/ſicut facile conſtat/ſi quinq; ad tria referantur/ſiquidem in quinq; ſunt tria/& ultra tria adhuc ſuperſunt duo/quæ quidem trium partes ſunt duæ. Hoc exemplo reliqui numeri facile intelliguntur. Quando igitur maior numerus duabus partibus/ ſicut in quinque oſtendimus/minorem numerum ſuperabit/ erit illa quidem proportio ſuperpartiens ſecũda. Si tribus/ſuperpartiens tertia. Si quattuor/ſuperquadripartiens quarta. Similis eſt in reliquis proceſſus. Sed hæc quoq; proportio in uſu non eſt eadem ratione/quam diximus/quia diuiſionem æqualem non recipit/ Nam quinque in treis partes æqualeis diuidi nequeunt.

## MVLTIPLEX SVPERPARTICVLAre. Cap.lviii.

q Vartum genus multiplex ſuper particulare. Eſt autem quando maior numerus totum minorem numerum bis & præterea partem illius continet:ut quinq; ad duo relata. Septem ad tria:ſunt.n.in quinq; bis duo/ & præterea unum: quod eſt duorum pars. Eodem mo do ſeptem conſyderantur/& reliquæ huiuſce generis ſpecies/ſed in uſu non ſunt.

## MVLTIPLEX SVPERPARTIEns genus. Cap.lviiii.

q Vintum genus eſt multiplex ſuperpartiens:quando ma
ior numerus totum minorem ſæpius continet/ & non
unam ſed plureis præterea partes/ut ſunt.xi. ad tria/ſiq
dem in undecim ter tria ſunt: quæ nouem efficiunt/ ultra quæ
duo ſuperant/quę trium ſunt partes duę.Idem in ſimilibus com
parationibus intelligendum eſt in quibus eodem modo diuidi
oportet.Sed eiuſmodi genus/ac numerum non facile inuenire
eſt.Hęc autem de proportionibus/ac de reliquis ad artem perti/
nentibus dicta ſufficiant. Quę omnia ſatis quidem intelligimus
quantum diligenter legentibus fructum allatura ſint.

## ¶DE LIGATVRIS CANTILENARVM. CAP.lx.

I N fine operis/quaſi uincientes omnia/ quę de arte no/
bis tractata ſunt/de ligaturis demum/quibus plurimum
rimum cantilenę ornãtur/ac muniuntur/ agemus/rem
quidem pulcherrimam/& cognitu maxime neceſſariam tracta/
turi/Ac primum quid ſit ligatura/ quæ ipſo nomine uinculum
quoddam præſefert/ediſſeram.Igitur ligatura in cantilenis:quæ
menſurabiles ſunt/eſt ordinatio/ſiue collectio/ac plurium ſimul
notarum complexio.Eſt autem duplex aſcendens/ atq; deſcen/
dens. Notæ uero/de quibus ligaturæ conficiuntur/ hæ quidem
ſunt Maxima.Longa.Breuis/ac ſemibreuis. Quæ ſane figurę
partim quadrangularem/partim obliquam formam recipiunt:
Et alię cum proprietatę quidem/alię ſine proprietate ſunt.Pręte
rea hęc poteſt eſſe maxima/illa uero longa.Breuis alia in princi/
pio/medio:ac fine.Sed ſemibreuis in principio tantum:nam alię
quidem compoſitoris arbitrio relinquunt̃. Et quia proprietatis
mentio facta eſt/quid illa ſit aperiemus.Ergo proprietatem in ip
ſis notis eſſe dicimus:uirgulã illam:ſiue caudam malis appellare
quę in ipſis eſt notis in parte dextra/uel ſiniſtra aſcẽdẽs ſupra no
tã/uel infra deſcẽdens: q̃ in cantilenis mẽſurabilibus ubiq; cõſpi
citur/ & quidem tam in obliqs/q̃ in quadris cernitur figuris. Ob
liqua dicitur nota/cuius forma obliqua eſt / hoc eſt non recta.
Quadra uero a quadrangulari forma dicitur.Vbi ſciendum eſt:
non poſſe neq; in ligatura/ neq; in ſimplici forma mõſtrari notã:
quę maxima ſit/quę figurã habeat obliquã: Nam ſub eiuſmodi

forma nulla quidem alia nota pręter q̃ longa/ breuis/ac ſemibre
uis monſtrari poteſt. Maximæ permiſſum eſt/ut ſub forma qua
drãgulari tã ſimplex/q̃ ligata eſſe poſſit. Verum quia notæ obli
quæ quadrangularis formæ initio/medio/ ac fine cantilenarum
per ligaturas compoſitarum inueniuntur: quia in iis eſt formæ
uarietas:quam uim habeant: & quos effectus pariant: breuiter
ediſſeram. Si notæ fuerint magnæ: uel ſolæ: uel cum paruis ſo/
ciatæ/caudam habentes uel non habentes:quadræ/uel obliquæ
aſcendentes uel deſcendentes:ſcito/ inter ſe magnopere differ/
re: Nam ſi aſcendunt:plurimum ab iis differunt: quę deſcendũt.
Si cum cauda ſunt:aliud faciunt: aliud ſine cauda. Si obliquæ
ſint/uarie nominantur. Si formam quadrangularem habent:
aliud indicãt. Maxima poteſt aſcendere:ac deſcendere cum pro/
prietate:ac ſine proprietate initio cantilenarum: medio/ac fine.
Longa item initio: medio/ac fine aſcendere: ac deſcendere: &
cum proprietate quidem forma quadrãgulari:& obliqua. Qua/
drangulari quidem forma cum proprietate ſolum initio ſi aſcen
dens fuerit. In medio etiam aſcendens. At in fine cum eadem
proprietate aſcendens:atq; deſcendens. Initio quidem notæ ipſi
deſcendenti proprietas deficit. Longa in ligaturis obliquam ha/
bens formam ſolum initio deſcendens abſq; proprietate conce/
ditur. Aſcendens autem naturam mutat. In medio autem:ac fi/
ne non conceditur:ut longa poſſit dici. Quadrangularis autem
ſine proprietate ſolum initio: & in fine deſcendens conceditur.
Breuis autem quadrangularis initio:medio/ac fine cum propric
tate/ac ſine proprietate oſtenditur aſcendẽs:atq; deſcẽdẽs: cum
proprietate quidẽ in pricipio ſolũmodo aſcẽdẽs:aut deſcẽdẽs. In
medio/& fine deficit proprietas. Abſq; proprietate initio/& fine
aſcendens conceditur. In medio autem componentis arbitrio re
linquitur:ubi aſcenderit uel deſcẽderit/breuẽ illã habebis. Quæ
ſi figurã habuerit obliquã initio ſolum cũ proprietate aſcẽdens
uel deſcendẽs erit. In medio/ac fine proprietas deficiet. Sine pro
prietate initio eſſe poteſt/modo dictum initium aſcendat/quia
quemadmodum oſtenſuri ſumus/plurimum aſcendentes diffe/
runt a deſcendentibus/& ſint uel cum proprietate/ uel ſine pro/
prietate initio/an in medio/ac fine/cum forma quadrãgulari an

obliqua. Quare/ſi ãndicta breuis deſcẽdẽs fuerit uim ſuam mutabit. Semibreuis quadrangularis in ligatũ aſcendens/uel deſcẽdẽs initio ſolum cõceditur. Talis aũt nota uel quadrãgularis/ſit uel obliqua nunq̃ in ſiniſtra parte ſine proprietate oſtẽditur/nec unq̃ in ligaturis pluſq̃ binæ ſemibreues altera ſtatim poſt alterã inueniuntur/licet poſt illas millæ aliæ ſequantur notæ.

## DE MAXIMIS AC LONGIS Simul ligatis. Cap.lxi.

Vnt in cantilenis figuræ ſæpius grãdes/ q̃ in fine menſurabilium ſtatui plerũq; ſolẽt. Initio quoq; ac medio tenorum/ſicut in illis eſt uidere/q̃ quidẽ figuræ proculdubio ſunt maximæ. Ergo ſi nota eiuſmodi in principio ligaturę fuerit: poſt illã uero nota minor q̃drangularis/atq; deſcẽdẽs ſubſequat̃ lõga ſemper erit. Q̃d ſi etiã ſequit̃ alia figura grandis/dicta quidẽ prima nota erit longa/ſi tñ nota/q̃ ſequet̃/deſcenderit. Sciendum autẽ eſt notã quanlibet deſcendentẽ quadrã ſine proprietate primã quidẽ/ac ultimã eſſe longã. Si aſcenderit/eſſe breuẽ. Et hoc ſemꝑ intelligendum eſt. Inueniuntur etiã maximę cum notis obliquis ligatæ/de quibus duo naſcuntur effectus / & primus quidem eſt/ꝙ prædictæ maximæ nequeunt cum obliquis iungi notis/niſi plures obliquæ fuerint/Ratio quidem eſt / ꝙ obliqua figura nunq̃ plus/minuſue duabus oſtendit notis uel aſcendens fuerit/uel deſcendẽs/ Dictæ nanq; notę principium notam unã faciet: Alteram finis. Si figura quidem obliqua fuerit aſcendens: aut deſcendens. Secundus ſequetur effectus/ ꝙ prima quidem & ſecunda nota: ſi cum proprietate fuerit/in parte ſiniſtra inferiori breues erunt. Quod ſi antedicta proprietas in eadem ſiniſtra parte fuerit aſcendens(ut ſupra diximus)ſemper erunt ſemibreues uel aſcendant/uel deſcendant. Quę ſi forte ſine proprietate deſcenderint/ſemper quidem prior erit longa / poſterior breuis. At ſi aſcenderint/utraq; breuis erit.

## DE LIGATVRIS LONGArum breuium. Cap.lxii.

I notæ cõnexę cum proprietate in parte dextra ſiue aſcẽderint: ſiue deſcenderint/longe ſemper erunt. Si uero in parte ſiniſtra inferiori/ breues. In parte ſuperiori/ſemi

breues. Sed illud meminiſſe oportet/ꝙ longæ tantum in princi/pio/medio/ac fine eſſe cum proprietate queunt. Breues autem nitio ſolum. Si plures erunt ſine proprietate notæ deſcendentes quot quot fuerint/prima ſemper/& ultima longæ erunt. Inter/mediæ uero breues omnes. Præterea ſi plures erunt notæ qua/drungulari forma deſcendentes/& prima nota in parte inferiori cum proprietate fuerit/ dicta quidem nota breuis ſemper erit. Mediæ item breues:ultima uero longa. Idem reliquis in locis ſer uabitur/in quibus notæ ſine proprietate fuerint/intermediꝫ om nes illæ ſiue aſcenderint/ſiue deſcenderint:breues erunt. Tertio ſi plures deſcẽderint notꝫ/& in prima ſit proprietas in parte qui/dem ſuperiore/prima ſemper/ac ſecunda ſemibreues erunt: In/termixtæ uero breues/ac ultima longa. Si uero notæ/quæ me/diæ fuerint/proprietatem habuerint/ quot quot fuerint/longæ proculdubio erunt. Quarto ſi plures cõnexæ notæ ſine proprie tate aſcenderint/ omnes quidem ſiue quadrangulares fuerint:ſi ue obliquꝫ/breues erunt. Quod ſi prima quidem aſcendens no ta proprietatem in inferiori parte habuerit/ dicta quidem nota breuis erit. Si uero in parte aſcendẽti proprietatem habuerit:pri/ma/& ſecunda/ſi obliquæ fuerint/ſemibreues erunt. Notæ obli quæ/ſi proprietatem in parte inferiori habuerint/& ſiue aſcende rint/ſiue deſcenderint/breues quidem ſemper erunt. Huiuſmo/di autem oblique notæ(de breuibus & ſemibreuibus loquor) ſe iunctæ quidem a compoſitoribus deſcribuntur. Exemplum pro ponam. Erit quadrangularis nota in parte ſiniſtra inferiore cau/dam habens. Talis quidem figura ſic ſola/atꝗ diſiuncta breuis erit. Quod ſi proprietatem in eadẽ ſiniſtra parte/ſed ſuperiori habuerit/ſemper erit ſemibreuis. Si duæ fuerint/& quadrãgula/rem formam habuerint/ambæ ſemibreues erunt. Si obliquꝫ fue rint ubi proprietas erit/tales quidem erunt/quales illas ipſa pro/prietas indicabit. Quare ſi proprietas in parte dextra aſcendens fuerit/uel deſcendẽs/ſemper quidem/uel maxima erit/uel lõga. Ipſa autem notæ figura tibi uel eſſe maximam/uel longam indi cabit. Nam ſi figura ipſa quadrãgularis fuerit/proculdubio ma/ximam oſtendet/quam ſi paulo minorem uideris longam intel/liges. Quod ſi proprietatem in parte ſiniſtra deſcendentem re/

pereris/ſcito ſemper eſſe breuem. Si uero aſcēdentem/eſſe ſeml breuem/ſiue ſint quadrangulares/ſiue obliquę. Cum duas ſolas cum proprietate notas inueneris/q̄ deſcendāt/& quadrāgulares ſint/longæ quidem erunt. Sin uero aſcendant/breues/ut ante di ximus. Quæ quidem pręcepta ſi diligenter inſpexeris/& ad me/ moriam redegeris/facilis tibi ad canendum uia patebit.

¶ Impreſſum Bononiæ in Aedibus Benedicti Hectoris Biblio polæ Bononienſis. Tempore Pontificatus domini noſtri Leonis Pape Decimi. M CCCCC XVI.

¶ REGESTVM

A ii B iiii C iiii D iiii E iiii F iiii G iiii H v

¶ Petrus Aaron Florentinus ad Lectorem.

Quædã lector humaniſſime in noſtris inſtitutiõibus obſcurio ra qbuſdã uidebanẽ: q̃dã uero ĩcuria correctoris cui impſſoris e rores corrigẽdos tradidi. Quare ut gratiores: & emẽdatiores illæ in manus hominũ deinceps uenirẽt: ſeruato p libros: & capita or dine ſuo ĩ lucẽ dedimus obſcurioribus: & deprauata priſtinæ ſyn cæritati reſtituimus.

Libro primo.

In primo igitur libro capite.xxx.ubi diximus ꝙ diapaſon: dia pente: ac diateſſaron prædictoꝝ tonoꝝ partes ſunt: ſic uolumus intelligi: ꝙ diapente: ac diateſſaron prædictorum tonorum: ac diapaſon partes ſunt.

Libro Secundo.

Libro ſecundo Cap.iiii. ubi diximus de quattuor locis ſub ſi gno b mollis ad deſcenſum pertinentibus: Ad aſcenſum ac de ſcenſum emendamus.

Cap.viii.ubi dicitur prima fiet in d la ſol re: error eſt correcto ris: Nam d ſol re legendum eſt.

Cap.x.ubi modum maiorem perfectũ: & imperfectũ & mino rem perfectum & imperfectũ eſſe docuimus: qñ maxima ualebit tres longas perfectas: & imperfectas: & qñ longa ualebit tres bre ues perfectas: & imperfectas: tunc intelligimus eſſe maiorem per fectum: & minorem perfectum.

Cap.xi.ſimilis eſt error: ubi legitur cõplectitur aũt tria tẽpora: quæ nouẽ ſemibreues efficiunt: legendũ eſt: Cõplectitur aũt tria tẽpora: quæ nouẽ ſemibreues: & etiã ſex efficiunt. Vbi uero diciẽ Oſtendit etiã longã tria perfecta ualere tempora: legi uolumus: Oſtendit etiã longã tria pfecta: & impfecta ualere tẽpora. Præte rea ubi legiẽ: ſecũda breuis duas breues pfectas ualet: legi uolu mus: Secũda breuis in tẽpore pfecto duas breues pfectas ualet. Vbi uero legiẽ: Solent etiã antedictæ triũ tẽpoꝝ pauſæ: & paulo poſt: hoc eſt ſi indici pfecti tẽporis ſuberunt pfectæ quidẽ: Sin au tem. Hoc intelligimus de temporibus: quæ in ipſa pauſa demon ſtrãtur. Vbi aũt legitur: & in ipſis ſemibreuibus alteratio fiet itel

ligimus nō ſolū de ſemibreuibus:ſed etiā de breuibus. At ubi di
citur:Eſt ergo neceſſe: Hoc in loco oſtendit: ꝙ una tantū pauſa
triū tēpoꝵ ſine circulo:aut pauſæ ſemibreuiū ſimul deſcriptę nō
ſint quātitatis tēpoꝵ pfectoꝵ:ſed impfectoꝵ: ſed ſolum oſtendit
modū minorem perfectū in tēpore imperfecto. Item ubi legitur:
utuntur alio quoq; indice compoſitores:intelligimus in tali figu
ra modum eſſe perfectum in tempore imperfecto.

Cap.xiiii.ubi legitur Numerus hic longaꝵ triū pfectaꝵ adde
ſiue imperfectaꝵ ubi aūt legitur quādo igitur aſſignatas cuilibet
maximæ tres longas uideris perfectas legatur ſiue perfectas ſiue
imperfectas.ubi uero dicitur:Nā cū tenorē inueneris: qui de lon
gis & breuibus conſtet:& treis breues perfectas ſiue imperfectas
pro qualibet lōga numerabis &c̄.dicemus modū minorē pfectū.

Vbi autem dicitur tertio per pauſas intelligimus breuē ſemp
eſſe pfectā ante pauſam ſibi ſimilem:& ante pauſam longæ: aut
aliā ſe maiorem ſecundū cōpoſitoris arbitriū poteſt a parte ante
riori eē impfecta. Sed quia tibi forte dubitationē generabit: cum
dicimus ante pauſam maximæ:cū a paucis talis pauſa fuerit con
ſtituta:& appellata ſit duplex longa:q̄uis capite.xxxi. talē feceri
mus diſtinctionē:nihil aliud quidē eſt:q̄ ꝙ cognito uigore uirgu
laꝵ:quæ ſunt triū:aut duoꝵ tēpoꝵ quātitas dictæ maximæ dat
ſi perfecta ē aut imperfecta:mihi quidē ob talē cauſam uiſum eſt
appellare pauſam maximæ duas illas duoꝵ tēpoꝵ uirgulas: uel
potius duas illas:aut tres uirgulas duoꝵ:aut triū tēpoꝵ pauſas di
cere maximaꝵ:quæ quidē pauſæ tantum ualebunt:quantum an
tecedens ſignum:aut ſua natura demonſtrabit.

Cap.xvi.ubi dicitur tertio de pauſis ipſaꝵ ſemibreuium:idem
ſentimus:quod per breuem perfectam ſupra demōſtratū eſt.

Cap.xvii.ubi legitur tertia demū:intelligi uolumus de pūctis
diuiſionis alterationis:& reductionis:non autem de punctis ſemi
breuium: & minimarum cantabilium.

Cap xviii.ubi de breui:& ſemibreui nigra loquimur:ſcito nos
loq ſecūdū cōſuetudinē:quāuis ſępenumero ſeſq̄lterarę iueniāt.

Cap.xxi.diximus breuē uacuā ante plenā non eſſe ſimilē:hoc
diximus propter aliquā cōpoſitionē uiroꝵ excellentiū:qui perfe

ctionem non ſeruant: A ttamen hæc noſtra eſt ſentẽtia:ꝙ oĩs maxima:longa:& breuis ante nigram aut albam ſit ſimilis.

Cap.xxiii.ubi dicitur:ꝙ maxima ĩ modo maiori pfecto .xxvii. ſemibreues ualet:ibi deeſt tempus. Deeſt etiã tempus:ubi dicitur quod ſub modo maiori perfecto.

Cap.xxiiii.ubi dicimus: ꝙ modus minor perfectus p pauſam triũ tempoꝝ ſimul cũ circulo demonſtratur:monemus hoc in loco:ꝙ quãuis ibi nõ inueniatur circulus: reſtat tamen modus minor perfectus:quia poteſt eẽ triũ tẽpoꝝ pfectoꝝ:& imperfectoꝝ. Demonſtratur etiã eſſe modus minor perfectus in tempore imperfecto circulus cum zifra & iuxta poſita.

Cap.xxv.quãuis declaratũ nõ fuerit:ꝙ maxima poſſit a duabus breuibus imperfici:ſcito tamen:ꝙ ſolum in modo maiori pfecto:& minori imperfecto a duabus breuibus imperficitur. Nã ipſæ duæ breues ualorem unius longæ redintegrant.

Cap.xxxii. A duerte in cõparatione illa circuli ĩ medio pũctati cõparãdo illũ circulo ſine puncto:errorẽ ineſſe cũ dicitur proportionẽ eſſe quadruplã:dicimus.N.duplam : nõ autẽ quadruplam ſecundũ cõmunem uſum cõpoſitoꝝ:queadmodũ uidebis: ſi totũ illud caput diligẽter legeris. Quod ſi forte tibi uidebiť:aliquid ibi eẽ:quod tibi ſcrupulũ moueat:ne mireris: Sum.n.ibi locutus ſecundum huius temporis conſuetudinem:ſicut in nouis apparet compoſitionibus.

Cap.xxxiii. ubi dicimus tonum æqualiter non diuidi. Talem ibi diuiſionẽ intelligi uolumus:qualẽ de ipſo tono Boetius facit.

Libro Tertio.

Libro tertio cap.iii.ſuperflua eſt dictio Monochordon : quod non ſignificat uniſonum:ſola.n.chorda conſonantiã non reddit: aut uniſoni uocem efficit.

Cap.xvi. Tonũ diuiſimus per ſemitonia: & oſtendimus ſemitoniũ maius ſecundũ opinionẽ quorũdã eſſe in parte acuta. Verum hoc in loco ſic noſtram ſententiam accipi uolumus: ut non ſemper id uerum ſit:Nãq; aliquãdo contrariũ fiet uel neceſſitate quadam:uel diuidentis arbitrio:quemadmodum dicimus de illis tonis:quæ ſemitonum habent cantabile in acutum diuiditur.n.

cum ſemitonio minore in graue:malus uero in acutum. De aliis uero erit contrarium.

Cap.lvii.error incidit in comparatione numerorum: ubi dicitur ſuperbipartiens ſecũdas:ubi reſtituendum eſt:ſuperbipartiẽs tertias in præſentibus numeris quinq; ad tria. Octo ad quinq; ſupertripartiens quintas. Nouem ad quinq;: ſuperquadripartiens quintas.

Cap.ultimo ne ambiguus ſis de proprietate in ligaturis aſcendentibus:ac deſcendentibus a parte dextra:& ſiniſtra:Hic intelligi uolumus ipſam proprietatem eſſe uirgulam illam notulis applicatam.

(Nov., 1891, 20,000)

# BOSTON PUBLIC LIBRARY.

One volume allowed at a time, and obtained only by card; to be kept 14 days (or seven days in the case of fiction and juvenile books published within one year) without fine; not to be renewed; to be reclaimed by messenger after 21 days, who will collect 25 cents besides fine of 2 cents a day, including Sundays and holidays; not to be lent out of the borrower's household, and not to be transferred; to be returned at this Hall.

Borrowers finding this book mutilated or unwarrantably defaced, are expected to report it; and also any undue delay in the delivery of books.

***No claim can be established because of the failure of any notice, to or from the Library, through the mail.

**The record below must not be made or altered by borrower.**